DISPUTATIO
DE VARIOLIS ET MORBILLIS
Quinta:

Continens πραγματολογίας partem quartam: in qua Variolarum & Morbillorum ſigna diagnoſtica & prognoſtica proponuntur: ſingulaq; ſuis rationibus confirmantur:

Publici exercitii gratia in Argentoratenſium Univerſitate propoſita

à

MELCHIORE SEBIZIO MEDICINÆ DOCTORE AC PROFESSORE, COM. Palat. Cæſar. Reip. Archiatro, & Academ. h. t. Rectore:

RESPONDENTE

MATTHIA RAMELOVIO Primislavienſi Marchico.

ARGENTORATI,

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M. DC. XLII.

26

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS & Prudentiſſimis,

Dn. JOHANNI WENCKERO, inclytæ Argentinenſium Reip. Tredecim-Viro ſpectatiſſimo:

Dn. MARTINO ANDREÆ König/ modò laudatæ Reip. XXI Viro graviſſimo:

Dn. JOANNI RUDOLPHO Saltzmanno, Utr. Med. Doctori clariſſimo, Med. Profeſſori meritiſſimo, & inclytæ Reip. Phyſico Ordinario:

Dn. RUDOLPHO Würtzen/ Senatus ibidem Majoris Aſſeſſori digniſſimo:

Dn. JOSIÆ BARBETTE, Civi apud Argentinenſes primario:

Dominis, Evergetis, Fautoribus, ac Promotoribus ſuis ſubmiſſè & officioſe colendis & celebrandis in ſui recommendationem

Hanc diſputationem Medicam

D. D. D. Matthias Rameloviu[s] Reſp.

QUÆSTIO I.

Quæ ſint ſigna, ex quibus cognoſcere liceat, Variolas brevi adfuturas?

VAriolæ, quæ jam eruperunt, omnibus notæ ſunt: quoniam in ſenſus incurrunt. Ideóque nullis opus habent indiciis, quæ illarum præſentiam patefaciant. Quæ verò adhùc imminent, adfuturæ tamen ſunt brevi, cuivis notæ non ſunt. Propterea ſigna requirunt, ut certò ſciatur, eas, non affectum alium, hominem invaſuras. Prævideri hoc autem facilè poteſt, cùm variolæ populariter graſſantur: cùm conſanguinei iis detinentur: cùm, qui malè habere incipiunt, eodem penè modo afficiuntur, quo illi, qui jam evaſerunt: cùm decumbentes aſsiduè fuerunt converſati cum aliis, qui variolis, aut morbillis laborârunt, aut ſaltem iiſdem in ædibus habitaverunt: denique cùm Ver adeſt, vel Autumnus: aut cùm Auſter, ventus calidus & humidus, & qui putredinis author eſt, ſpiravit diutiùs. Hiſce enim aëris conſtitutionibus variolæ & morbilli frequentiores ſunt, quàm aliis. Non poteſt autem tàm facilè præſciri, quando variolæ ſunt privatæ & σποραδικαὶ. Similes enim prodromos habent cum febribus aliis, præſertim cum ſynochis. At ſimilia ſæpè imponere ſolent, atque decipere, non tantùm plebeios, rerumque medicarum ignaros, verùm etiam peritos & exercitatos Medicos. Ideóque hic opus eſt ſignis inſtantem affectum detegentibus. Hauriuntur verò illa ex tribus fontibus. I. ex actionibus læſis. *II.* ex qualitatibus mutatis. *III.* ex excretis.

Læſæ actiones ſunt triplices: animales, vitales, & naturales.

Animales rurſus ternario numero comprehenduntur.

Sunt enim principes, ſenſitivæ & motivæ.

Ad læſas actiones principes *pertinent deliria & pavores, ſive terrores, quibus non rarò ægrotantes, pueri maximè, in ſomno percelluntur.*

Ad læſas actiones ſenſitivas *referuntur oculorum caligo, aurium tinnitus & ſuſurri, capitis gravitas & dolor, pruritus narium, totiuſque faciei, dolor faucium, pectoris, & potiſſimùm dorſi atque lumborum, punctiones reliqui corporis, ut & illius ardor, gravitas item & tenſiva laſſitudo.*

Ad læſas actiones motivas *ſpectant ſpirandi difficultas, manuum pedumque tremor ac vacillatio, ægra deglutitio, crebra pandiculatio & oſcitatio, convulſio epileptica convulſioni ſimilis.*

Ad læſas actiones vitales *reducuntur palpitatio cordis, virium infirmitas, & leipothymia.*

Ad læſas actiones naturales *revocantur nauſea, vomitio, ſternutatio, tuſſis ſicca.*

Mutatæ qualitates *ſunt rubor faciei & oculorum, oris ſiccitas, maculæ rubentes, hinc inde in cute ſe offerentes: initiò quidem in cute faciei, pectoris & dorſi: poſteà etiam alibi.*

Excreta *ſunt ſputamina craſſiora; lachrymæ oculorum ſponte, ſine manifeſta cauſa, effluentes, ſanguinis ſtillicidium è naribus.*

Videamus ſingulorum ſignorum cauſas.

DELIRIA ἑπόμενα *ſunt febris. Febris autem ſynochus eſt, vel putrida, vel putredinis expers. Hæc enim utplurimùm variolarum exitum præcedit: cauſamque habet vel effervescentiam, vel unà cum illa etiam putredinem in vaſis, venis ſcil. & arteriis majoribus, quæ excurrunt inter alas & inguina. Inde halitus fervidi aſcendunt, cerebrumque & ſpiritus turbant, ut decumbentes aliena cogitent, dicant & faciant. Quò autem febris eſt acutior, & ſanguis fervidior, eò delirium eſt majus.*

TERROR, ſive PAVOR in ſomno fit à tetris halitibus aliquandiu retentis, qui vigiliarum tempore reſolvi

& diſſipari ſolent. Terrores autem præcipuè cauſare conſue-
verunt vapores melancholici. Excitant enim inſomnia ter-
ribilia, quæ metum & pavorem hominibus, pueris maximè,
ncutiunt. Unde fit, ut in ſe quaſi concidant, clament, & ex-
ergiſcantur. Galenus *in comm.3. aphor.24. ſcribit, pavores*
ccidere per ſomnum iis potiſſimùm infantibus, qui ſunt vo-
raciores: quando loca ad ventriculum attinentia ſenſu qui-
dem pollent: ſed exiſtunt infirma. Quo fit, ut cibus corrumpa-
ur. Ait enim, obſervâſſe ſe, non in parvulis ſolùm, de quibus
Hippocrati *allegato aphoriſmo ſermo eſt, ſed etiam in ætate*
erfectis, terribiles fieri per ſomnos imaginationes, quando
nulti & vitioſi humores gravant & mordent ventriculum:
præſertim ipſius orificium ſuperius, ſive ſiniſtrum, quod ſenſus
ſt acuti. Tales autem facilè colligi ſolent in lactentibus. iis
nim ægrotantibus, concoctio ventriculi labefactatur, lac cor-
umpitur, tetroſque halitus emittit.

OCULORUM CALIGO videtur eorundem halituum,
ui craſſiores & impuriores ſunt, ſoboles eſſe. Nam ſpiritibus
iſivis permiſcentur, eoſque inquinant, ut homo acutè uidere
equeat.

AURIUM TINNITUS, SONITUS, SIBILUS,
tque ſtrepitus depravata eſt auditio, Obauditio Pragmaticis
ocata, naſciturque ex motu & agitatione eorum, quæ inti-
nam aurem occupant. Quæ uti varia ſunt, & variè impel-
untur, ita & varios ſonitus edunt. Tinnitus, κωδωνισμὸς, das
lingklen/ ſonitus propriè metallorum eſt. Sibilus, σπυγμὸς, das
feiffen/ fit ore, compreſſis dentibus, & labiis parùm di-
luctis. Suſurrus, ψιθυρισμὸς, parvum & ſubmiſſum mur-
nur eſt, quale eſt rivulorum, gemümmel/ geräuſch/ als
er flieſſenden Waſſer. Strepitus, ſive murmur, ψόφος, κορ-
ορυγμὸς, Strudel/ Getümmel/ groß getöß. Omnes hi ſoni-
us unam in genere cauſam habent, flatus, halitus, ſive vapo-
es, in fervore & ebullitione ſanguinis, quæ eruptionem vario-
arum & morbilloram præcedit, à febrili calore exuſcitatos.

Sibilus *fit ex flatu tenui exiliter elabente.* Tinnitus *ex illius curſu interrupto.* Suſurrus *ex craſsiore plenius erumpente.* Strepitus *ex impulſu valido halitus corpulentioris. Ceſſant hæc accidentia, ſi cauſa interior conquieſcat.*

CAPITIS GRAVITAS cauſam habet particularem capitis repletionem, ſive plethoram, quæ abundantia ſanguinis eſt: itemque craſſorum vaporum copiam.

CAPITIS DOLOR oritur à vaporibus in ſanguinis efferveſcentia elevatis, qui meningas cerebri diſtendunt. Si dolor is pungitivus ſit, in cauſa ſunt halitus ſubtiles, & acrimoniæ participes.

PRURITUS NARIUM, OCULORUM, AURIUM, & totius faciei, proficiſcitur ab halitibus acribus & mordacibus: iis præcipuè, qui à bilioſo ſanguine aſcendunt. Etenim in genere omnis pruritus cauſa eſt excrementum nitroſum, ſalſum, vel amarum: in ſpecie autem vel vapor acer & mordax, vel humor ſimili qualitate præditus: teſte Galeno *comm.* 1. *in l. de fractur.* §. 41. *& l.* 2 *de cauſ. ſympt. c.* 6

DOLOR FAUCIUM vel obſervatur ante variolarum eruptionem, vel poſt eam. Si antè, ſanguis eſt in cauſa, vel fauces ejuſque muſculos inflammans, vel leviter in tumorem attollens. Si pòſt, variolæ ipſæ in cauſa ſunt, qui cùm ſint inflammatiunculis ſimiles, dolorem in parte exquiſitè ſentiente pariunt: præſertim cùm cibus, aut potus deglutiendus.

DOLOR PECTORIS, ſive THORACIS, à repletione, cujus cauſa ſanguis eſt ebulliens, originem trahit.

DOLOR LUMBORUM ET DORSI adeſt propter diſtenſionem venæ cauæ & aortæ, quæ vaſa deſcendunt ſecundum dorſi & lumborum longitudinem, multumque ſanguinem in ſe continent, qui ebulliens ea diſtendit, quæ una ſecum partes quoque ſibi contiguas atque annexas quaſi divellunt: unde propter hanc continui ſolutionem dolor oboritur. In hac prætereà efferveſcentia ſanguinis multi exurgunt vapores, qui exitum quærentes, nec illum tamen ſtatim ob denſitatem

turio-

nicarum iſtorum vaſorum invenientes, vaſa diſtendunt.

PVNCTIONES TOTIVS CORPORIS efficit cali. mordaxque qualitas ebullientis ſanguinis, maximè cùm ad rtes membranoſas appellit. Efficere tamen eaſdem poſſunt iam vapores inde elevati, qui membranoſa corpora pungunt, oniam propter denſam illorum ſubſtantiam non facilè exire eunt. Accidunt forſan etiam propterea, quoniam materia n penetrat, ut puſtulas creet.

GRAVITAS CORPORIS, TENSIVA item ASSITVDO, atque fervor eandem cauſam habent: nimi- n ſanguinis ebullientis & quaſi ardentis copiam per totum pus diffuſam.

SPIRANDI DIFFICVLTAS ET PECTO- S ANGVSTIA moleſta eſt ægris, tùm propter repletio- n organorum reſpirationi conſecratorum: tùm propter ca- em febrilem, cujus cauſa quidam etiam hùc illùc agitantur impelluntur, & quieſcere non poſſunt (iectigationem bar- i nominant) tùm etiam propter multitudinem fervidorum ituum, ex ebullitione ſanguinis, qui in vaſis maioribus con- etur, & cordi vicinus eſt, exuſcitatorum. Itaque diaphrag- liberæ reſpirationis organum, hìc comprimitur à fuligini- muſculi reſpirationi dicati gravantur à ſanguinis copia: ique & pulmones ab utraque cauſa accenduntur. Thorax non dilatatur liberè. Propterea reſpiratio crebra & ve- eſt ratione uſus & neceſſitatis: ſed ob repletionem & imbe- tatem parva. Conatur enim natura crebritate & veloci- compenſare, quod magnitudine inſpirationis præſtare potuit.

RAVCEDO, βράγχος, accidit, vel ob halitus fiſtulam ionem aſperiorem ſicrioremque reddentes: vel ob humorem rfluum à cerebro ſtillantem, & vocis organum plus æquo ntem. Vt enim ſicca corpora ſonora ſunt & clara: ita quæ io humore madent, & præ humiditate flacceſcunt, obſcu- edunt vocē. Hujus raucedinis etiam variolæ ipſæ, quæ jam

eru-

eruperunt, & fauces occupârunt, cauſæ eſſe ſolent: non ſecus grandines in leproſis, quæ in faucibus & columella, depr… lingua, viſuntur.

MANVVM PEDVMQVE TREMOR ET V… CILLATIO, cùm ſcil. inquit Avicenna, *æger in pede… erigere ſatagit, dependet à copia halituum, caput … nervos opplentium. Quo fit, ut ſufficiens ſpirituum … pia ad partes iſtas diſtantiores ferri nequeat. Poteſt eti… illius cauſa eſſe virium infirmitas. Cor enim hic ratione fe… multùm afficitur. Et calor febrilis vitales ſpiritus poten… diſcutit & diſsipat.*

DEGLVTITIO DIFFICILIS contingit, vel an… ſtiæ, vel variolarum fauces obſidentium cauſa.

OSCITATIO, quam Græci χασμὴν *vocant, crebra … ob conatum naturæ, vapores & halitus buccas implentes … pellere ſtudentis.*

PANDICVLATIO ſimiliter, Græcis σκορδινισμ… *ægros adoritur eandem ob cauſam: quia natura conatur per … lam halituoſa excrementa excutere, quæ ſe in muſculos artu… inſinuârunt. Magna enim illorum copia, ob ebullitionem ſ… guinis, ante variolarum egreſſum ſe offert.*

CONVULSIONES non rarò parvulos aggrediunt… quando aura aliqua maligna, tota ſubſtantia cerebro inimi… ex ſanguine efferveſcente exurgit: quam motu convulſivo … cerebi ἐκκριτικὴ *profligare contendit.*

PALPITATIO cordis, quæ dicitur παλμὸς, *cauſ… habet eandem, tetrum ſcil. vaporem, cujus vi & malignit… cor irritatum, vehementiore pulſatione nititur quod noxi… eſt excutere: haud ſecus atque cerebrum in epilepſia.*

VIRIVM INFIRMITAS, quæ ex parvo lang… doque pulſu, ut & motivarum functionum infirmitate, voc… exilitate, & difficultate locutionis facilè cognoſcitur, cauſ… habet, maximè in morbi progreſſu, vel calorem febrilem, … cor accendit, ſpiritus diſsipat, vigilias inducit, appetitum c…

r.

ἐρημίᾳ, ſolitudine, degebant, & νομάδες dicebantur, fœminas, quòd domibus carerent, habitâſſe in curribus: viros autem vectos fuiſſe in equis, ovibus, bobus, & equis, qui eos ſequebantur, ſtipatos: & tamdiu uno in loco manſiſſe, quamdiu pabulum ipſis ſuffeciſſet. Eo verò deficiente, migráſſe in regionem aliam: paſtos carnibus coctis, & ἱππάκῃ, caſeo equino: potatos verò lacte ex equabus emulcto. Itaq; vehementer defatigatos eſſe à jugi & continua equitatione: artus eorum inferiores magnoperè inde debilitatos: ac propterea cùm crura ob aſſiduam equitationem eſſent divaricata, & pedes ex equis ſemper penderent, facileq; humores defluentes exciperent, arthriticis doloribus, iſchiadico præſertim & podagrico, correptos. Temperamento quoq; corporis fuiſſe humido, frigido ac molli; quinq; præcipuè de cauſis: I. ob regionem Scythicam, quæ impensè frigida eſt atq; humida, propter ſitum ſub urſis, montibuſque Riphæis, unde Boreas ſpirare ſolet. II. ob aërem aquoſum, craſſum, ac nebuloſum: quoniam Scythia Solis calore parum fruitur. III ob aquas, quas bibebant, nivales ac glaciales. IV. ob otium atq; ignaviam, cui dediti erant. V. ob ventos frigidos. Nam qui à calidis regionibus flare conſueverunt, rarò admodùm Scythiam attingunt: et qui illam attingunt, fracti ſunt atq; enervati. Familiares autem illi ſunt frigidi, ſpirantes ab vrſis, & tranſeuntes per nives, glaciem, multaſq; aquas. Addit inſuper Hippocrates, Scythas præ frigore & laſſitudine membrorum τοῦ ἱμέρου καὶ τῆς μίξεως, delectationis & congreſſus connubialis parum fuiſſe memores: geſtâſſe etiam ἀναξυρίδας, braccas, quæ virilia valdè conſtringunt atq; coarctant: & geſtâſſe illas propterea, ut equis commodiùs & ſine impedimento inſiderent. Compreſſos autem teſticulos neq; probè fuiſſe nutritos, neq; juſtè auctos. Ideóque quadam velut ἀτροφίᾳ laborâſſe, & meatus, per quos ſemẽ tranſit, coarctatos eſſe. Vnde factum, ut Scythæ evaſerint ἀνανδριεῖς, evirati, & εὐνουχωδέστατοι ἀνθρώπων, omnium hominũ minimè ad συνουσίαν matrimonialem idonei. Fœminas verò illorum & pauca, & rara habuiſſe men-

ſtrua:

ſtrua: deditas fuiſſe otio: præditas habitu corporis pingui, humido & molli: adeò ut neq; genituram ad ſe matrix frigida traxerit: neq; tractam ob lubricitatem retinuerit: à pinguedine etiam copioſa orificium illius fuerit præcluſum, ita ut ſemen excipere minimè potuerit.

XXXIII.

His hunc in modum commemoratis, Minor argumenti *ſic probatur. Qui affectus oritur partim à cura perverſa, partim à vitio corporis ſexus utriuſque, is cauſas habet naturales. At iſte Scytharum affectus, Sterilitas, oritur partim à perverſa cura, partim à vitio corporis ſexus utriuſque. E. cauſas naturales habet.*

XXXIV.

Hæc Minor rursùs probatur, primùm quò ad membrum prius. Quibus venæ poſt aures ſecantur, illorum ſterilitas, ſiquidem aliqua adfuerit, oritur à cura perverſa atque ſiniſtra. Ratio eſt: quia Hipp. *non ſolùm* l.de aër. aq. & loc. *ſed etiam* l.de genitura. *&* l.de loc.in hom. *docet, harum venarum ſectionem ſteriles reddere homines: quod nunc tamen in medio relinquimus. Quare cùm ſterilitatem non tollat: ſed foveat; imò augeat, perverſa ſit neceſſe eſt. At Scythis ſectæ fuerunt venæ poſt aures. E. Scytharum ſterilitas orta fuit à cura perverſa & ſiniſtra.*

XXXV.

In memoriam namque ex θ. 32. revocandum, Scythas mares perpetuo ferè inſediſſe equis: pedes ex equis, quod ſtapedibus (vt ex antiquis ſtatuis atque picturis conijcere licet) deſtituerentur, fuiſſe pendulos: inde contractam eſſe pedum infirmitatem: concitatum humorum ad eoſdem defluxum: ſubſecutam arthritidem, & cumprimis coxendicum podagricumque dolorem, nec non & claudicationem. Itaq; ne Scythæ arthritici & claudi fierent, utramq; venam poſt aures ſecuerunt. Sectis venis, ſanguis effluxit largiter. Largum fluxum ſecuta virium infirmitas, idq; ob caloris & ſpirituum profuſionem.

ſionem. Infirmitatem excepit ſomnus, cerebro refrigerato. Poſt ſomnum aliqui ſani facti ſunt: plerique ob hæmorrhagiam illam vixerunt deteriùs.

XXXVI.

Deinde quo ad membrum poſterius in ſexu utreque: & quidem in virili hoc modo. Qui affectus in viris prodit à frigido humidoque corporis temperamento, molli ſcil. atq; effæminato: frigiditate item & laſsitudine membrorum, articulorum dolore, & genitalium partium compreſsione ac coarctatione, is prodit à vitio corporis. At affectus iſte Scytharum, Sterilitas, prodiit in viris à dictis cauſis. E. prodiit à vitio corporis.

XXXVII.

Minoris *probatio extat in θ. 32. ubi dictum, viros in Scythia frigidos eſſe, humidos ac molles. I. propter regionis naturam, quæ ſub urſis montibuſque Riphæis ſita eſt, ac proinde impensè frigida humidaque. II. propter aërem aquoſum, craſſum, & nebuloſum. III. propter potum aquarum nivalium & glacialium. IV. propter ignaviam & otium, cui Scythæ erant dediti. Otium enim, inquit* Hipp. l. de diæt. *humectat, & corpus debile facit. Labor contrà ſiccat, & corpus reddit validum atq; robuſtum: V. propter ventos ſpirantes ab urſis, & tranſeuntes per nives, glaciem, & aquas multas: quales ſunt boreales. Progrediuntur enim inquit* idem Hipp. ibid. *à talibus regionibus, meantque per ejuſmodi loca, ad quæ Sol non accedit. Ideóque neq; aërem ſiccare, neq; humiditates ebibere atq; exhaurire poteſt. Et ſunt venti iſti incolis, qui ſub urſis degunt, frigidiſsimi, propter cauſam allatam: aliis hominibus minùs tales, quoniam vis eorum in viis intermediis frangitur & hebetatur. Cauſa quoq; in eadem θ. 32. expoſita, ob quam Scythæ correpti fuerint arthritide: & cur ijs compreſſa ſint virilia? Arthritidi enim anſam atq; occaſionem præbebat jugis equitatio, quæ artus eorum magnoperè debilitabat, & fluxionibus excipiendis reddebat obnoxios. Virilia autem conſtringebant braccæ: quas* C. Tacitus *barbarum tegmen vocare videtur.*

XXXVIII.

In ſexu verò muliebri Hippocrates *eandem* Minorem *quoad membrum poſterius ſic probat. Qui affectus originem trahit in fœminis à raritate & paucitate menſtrui: à ſegnitie & vita ſedentaria: à frigida humidaq́; corporis temperatura: à matricis lubricitate: à nimia pinguedine orificium ejus claudente, is proficiſcitur à vitio corporis muliebris. At affectus Scytharum, qui dicitur ſterilitas, ex parte ſexus muliebris trahit originem ab hiſce cauſis: uti docetur* θ.32. *E. proficiſcitur à vitio corporis muliebris.*

XXXIX.

II. Argumentum, *quo* Hipp. *planum facit, ſterilitatem Scytharum haud eſſe* πάθος *merè divinum, eſt iſtud. Si* ἀγονία *Scythis à ſolis Dijs eveniret, eam ob cauſam, ut hominum iniquitates caſtigent, ſanè ex æquo omnes, tàm pauperes, quàm divites, quotquot videlicet Deos offendiſſent, illa corriperētur. Dij enim juſti ſunt, & ſimiliter transgredientes omnes puniunt. At hoc non fit: ſed vitium hoc divites potiùs* καὶ εὐγενεστάτους, *nobiliſſimos,* καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένους, *potentia pollentes, quàm pauperes corripit. E. à ſolis Dijs Scythis minimè evenit.*

XL.

Minor *probatur. Q. frequentiùs equitant, & ea quidem ratione, qua Scythæ, illi, ſicuti magis obnoxij ſunt doloribus articulorum, ut liquet ex* θ. 35. *ſic quoq́; ſteriliores ſunt aliis, qui equitant rariùs: tùm propter venarum ſectionem poſt aures, juxta* θ. 34. & 35. *tùm propter uſum braccarum, ſecundum* θ. 32. *Atqui Scytharum* γενναιότατοι, *nobiliſſimi,* καὶ πλουσιώτατοι, *opulentiſſimi, frequentiùs equitant, quàm pauperes. E. ſteriliores ſunt pauperibus.*

XLI.

III. Argumentum. *Si* ἀγονία *Scytharum à ſolis Dijs proveniret, minùs certè caderet in divites, quàm in pauperes. At contrarium accidit: uti modò probatum. E. non provenit à Dijs.*

XLII.

Majoris

Majoris *veritas ex eo manifeſta eſt: quoniam Dÿ gaudēt li & honorari ab hominibus: & pro cultu atq; honore ſibi ex-bito beneficia ipſis retribuunt. Itaq; qui magis illos vene-ntur, minùs ab ÿs affliguntur. At homines lautioris fortunæ agis DEOS venerantur: quoniam propter opes & facultates, ibus abundant, ſæpiùs illis ſacrificant, & donaria offerunt: uperes non item: quia bonis deſtituuntur: imò DEOS in-ſant & deteſtantur, quòd divitias ſibi denegârint: ideóque omittendo, & committendo peccant. E. homines lautioris rtunæ minùs à Dÿs affliguntur.*

XLIII.

Probatum igitur ex libro de aër. aq. & locis, Hippocra-n *per* τὸ θεῖον *non intelligere* τὴν ὀργὴν τῶν Θεῶν, *iram Deo-m: neque* πάθ@ *aliquod, & conſequenter neq; Scytharum rilitatem, aliis affectionibus eſſe* θειότερον, *& à ſolis Diis in-ri.* Demonſtrandum jam ex libro de morbo ſacro, ut θ. 28. *nus pollitici,* Hippocratem *per* τὸ θεῖον *non inaudire* ὀργὴν ν Θεῶν, *neque morbum aliquem à Diis ad iram provocatis um.*

XLIV.

Nam ſi aliquis ab iis ortus dici deberet, deberet ſanè dici rbus ſacer, qui ἐπιληψίας *nomine venit. Atqui hoc eſt ſum. E. nullus rectè originis ratione divinus nuncupatur.*

XLV.

Minor probatur. *Qui affectus inſtar aliorum ſuas habet ſas naturales, is malè dicitur à Diis ortus. At epilepſia s habet. E. malè à Diis ortus perhibetur. Non igitur eſt mor- aliis* θειότερος κ̀ ἱερώτερ@.

XLVI.

Obiicies: fuiſſe tamen quoſdam, quibus perſuaſum fue- naturam & cauſam ejus divinam eſſe, triplici argumento ſuaſos: quorum primum *eſt tale. Q. affectus admirabilis & nulla re aliis ſimilis, is peculiare aliquid & divinum in abere videtur. At epilepſia eſt talis. E. in ſe aliquid habere letur divinum.*

XLVII.

Secundum. *Qui affectus non niſi καθαρμοῖσιν, exp-tionibus, & ἐπαοιδῆσιν, incantamentis, curari poteſt, is imm-ſus videtur divinitùs. At epilepſia non niſi expiamentis & cantamentis curari poteſt. E. divinitùs videtur immiſſus.*

XLVIII.

Tertium. *Qui morbus dicitur ſacer, ratione origi-eſt divinus. At epilepſia dicitur ſacer morbus. E. ratione ginis eſt divina.*

XLIX.

Reſpondet Hppocrates *ad* primum *hoc modo. Si lepſia* διὰ τὸ θαυμάσιον, *propter admirabilem naturam* θεῖα *ſeri deberet, tùm multi ſanè* ἱεροὶ ἢ θεῖοι *forent, non epile-ſola. Reperiuntur enim morbi alij* ὐδὲν ἧσσον θαυμάσιοι, ἢ ἧσσον τερατώδει, *non minùs admirabiles, neq; minùs monſt-quàm epilepſia. At eos nemo* θείυς ἢ ἱερὺς, *divinos & ſa-judicat. E. neq; epilepſia hæc gerere epitheta debet.*

L.

Ad minorem ſecundi & tertii argumenti *ſic reſpon-Quod nomen alicui affectui imponitur, & quæ cura illiu-ſtituitur ab hominibus vanis, propriæq; laudis ac gloriæ m-cupidis, quàm veritatis ſtudioſis, id nomen recipiendum non neq; cura illa approbanda. Atqui nomen morbi ſacri im-tum eſt epilepſiæ, curaq; ejus per expiamenta & incanta-ta inſtituta à talibus hominibus, ſcil. à Magis, Expiator-Circulatoribus, & turgidis atq; inflatis Thraſonibus* (ἀλα-*vocat* Hipp.) *E. nomen illud minimè recipiendum; neq; approbanda.*

LI.

Ut enim homines iſti præ aliis ſapere & amplius qui-re crederentur, epilepſiæ θεῖον *τι ineſſe profitebantur: cur-ſibi valdè tutam atq; accommodatam per expiamenta e-cantamenta inſtituebant. Jubebant inſuper ægros abſtin-balneis, cibis quibuſdam, quos* Hipp. *loco allegato recenſe-*

licamentis, pallio nigro, & veſtibus ex caprinis pellibus conſu-
is &c. prætendentes, hæc curationis impedimenta eſſe. Quod
i æger convaluiſſet, δόξαν ᾗ δεξιότητα, honorem & dexterita-
is laudem conſequebantur Sin fuiſſet extinctus, in tuto poſita
rat illorum ἀπολογία: quoniam dicebant, non ſe, ſuaq; media,
ſed DEOS cauſam mortis fuiſſe.

LII.

Contra ipſam vero curam, ab ejuſmodi Magis, Expiatori-
us & Agyrtis ſuſceptam, Hippocrates *I. ſic ratiocinatur. Si*
arnes caprinæ comeſtæ, & veſtimenta ex pellib. caprarum con-
cta, epilepſiam parerent, nullus eorum, qui Lybiæ, ſive Afri-
æ mediterranea inhabitant, ab epilepſia tutus eſſe poſſet.
atio eſt: quia omnes pellibus caprinis veſtiuntur, carni-
ſq; caprarum veſcuntur. Nam neq; ſtratum, neq; pallium,
que calceamentum habent, quod non ex pellibus caprinis ſit
ratum. Nulla enim alia ipſis ſunt pecora, præter capras & bo-
s. Sed conſequens falſum eſt. E. & antecedens.

LIII.

II. Si veſtimenta caprina epilepſiam augent, & non ge-
ta ſanant: Item, ſi quæ Circulatores iſti vetabant edulia,
m gignunt, ſequitur neq; DEOS authores epilepſiæ eſſe:
que καθαρμὸς, expiamenta, ſed edulia & veſtimenta com-
morata eam gignere: & declinata auferre. At *prius ſe-*
ndum illorum opinionem eſt verum. E. falſum eſt poſterius.
pilepſia non eſt θεῖον τι ἢ ἱερὸν: ſed affectus naturalibus ex
ſis procreatus: & talis, qui etiam naturalibus præſidiis
ari poſſit.

LIV.

III. Si epilepſia ab expiamentis & curatione Magorum
icata profligatur, & nil impedit, quo minus etiam ab aliis
ήμασι, artibus, dictis ſimilibus, perimatur, aut generetur,
itur, divinam non eſſe, neque à ſolis Diis ortum ducere: ſed
rà ἀνθρωπίνην, ſive Φυσικὴν. At prius verum eſt. Ergò.
n quiſquis luſtrationibus magiciſque incantamentis hunc

affectum

affectum propulſare valet, is etiam eundem artibus aliis deb-
lare potis eſt: & propterea τέτῳ τῷ λόγῳ τὸ θεῖον ἀπόλλυ-
hac ratione divinitatis opinio cadit: vel, ut idem Hipp. *loq-*
tur, ἡ δύναμις ἒ θεἰε ἀφανίζεται, *vis numinis evaneſcit.*

LV.

Ex his igitur patet, epilepſiam cæteris morbis θειοτέρα
ἱερωτέραν *non eſſe: quod ipſum* Hippocrates *ex abundanti q-*
que aliis argumentis confirmat: quorum primum *tamen j-*
θ. 45. *fuit expoſitum: quia inſtar aliorum morborum cau-*
habet naturales.

L VI.

Secundum *eſt. Q. affectus eſt ſanabilis, is non eſt* θεῖ-
κ ἱερός. *Talis eſt epilepſia: & ſanabilis quidem, ut idem do-*
aphor, 45. ſect. 2. μεταβολῆ τῆς ἡλικίης, τῶν τόπων, κ τῶν βίω-
h. e. mutatione ætatis, regionis & victus: niſi forſan jam p-
longitudine temporis invaluerit, altaſque admodùm radi-
egerit. Scribit namq; idem Hipp. aphor. 7. ſ. 5. *epilepſiam an-*
pubertatem amotionem recipere: poſt viceſimum vero qu-
tum ætatis annum ferè ad mortem uſq; comitari. E. θεῖα
ἱερὰ *non eſt.*

L VII.

Tertium. *Qui affectus eſt hæreditarius, & à pare-*
tibus propagatur in liberos, is θεῖος *non eſt. Talis eſt epilepſia,*
morbi quidam alij, v. g. nephritis, phthiſis, podagra, &c. E. m-
nimè θεῖα.

L VIII.

Quartum. *Quod vitium corporis certis duntaxat n-*
turis, non in univerſum omnibus obtingit, id neutiquam θεῖ-
κ ἱερὸν *cenſendum. At epilepſia certis duntaxat naturis c-*
tingit, & quidem juxta placitum Authoris libri de morb-
ſacro *phlegmaticis. E.* θεῖα κ ἱερὰ *non eſt.*

LIX.

Quintum. *Cujus principium & cauſſa latet in cerebr-*
id θειοτέραν *naturam non habet morbis aliis. Atque epilep-*

cau-

cauſa latet in cerebro, ſicut & aliorum magnorum morborum. Hippocrates *enim caput radicem ſtatuit humanorum morborum, & maximos inde homini morbos obtingere dicit in* epiſt. ad Demetrium Regem. *Cùm enim veluti cucurbitula corpori incumbat, cauumque ſit, accidit, ut omnium eorum, quæ ingeruntur, ſuperfluitates attrahat. E. epilepſia θειοτέραν naturam non habet morbis aliis.*

LX.

Hæc de opinione prima, *qua per τὸ θεῖον ira Deorum intelligi dicebatur. Hanc enim quorundam morborum cauſam eſſe nonnulli arbitrabantur, quibus Dii hominum delicta punire ſoleant.*

LXI.

Nos, etſi probaverimus, hanc Hippocratis *mentem non fuiſſe: haud tamen ijs omnibus, quæ ab illo* libro de aër. aq. & loc. & libro de morbo ſacro *prolata ſunt, ſubſcribimus.*

LXII.

Inficias quippe imus, omnium morborum, ratione originis, unam eandemq; conditionem eſſe, & ἀνθρωπίνους καὶ φυσικοὺς eſſe omnes, nullũ altero θειότερον. Credimus enim, morbos omnes, ſicut & calamitates alias, virgas Dei eſſe, quibus mortalium iniquitates caſtigare conſueverit: quemadmodum ex cap. 28. Deuteronom. *conſtat: vbi inter pœnas plurimas tranſgreſſorum legis divinæ etiã peſtis, febris, ulcera Ægyptiorum, ſcabies & prurigo ani inſanabilis, amentia, mania, cæcitas, ulcera alia, eaque peßima, genuum, ſurarum, aliarumque partium, à planta pedis uſque ad verticem capitis, enumerantur. Sed arbitramur, quoſdam morbos à DEO immitti ἀμέσως: nonnullos verò ἐμμέσως, vel per cauſas extraordinarias & hyperphyſicas: quales ſunt Angeli, Diabolus, ejuſque inſtrumenta, ſtriges & venefici: vel per cauſas conſuetas & ordinarias: quales ſunt phyſicæ, tùm externæ, tùm internæ.*

LXIII.

Immediatè à DEO profecta videtur lepra Oziæ, *Regis Iudæ, qua toto vitæ ſuæ tempore percuſſus erat; quòd ſanctua-*

*rium fuiſſet ingreſſus, & adolere voluiſſet incenſum ſuper al-
tare thymiamatis, etiam vehementer diſſuadentibus, & relu-
ctantibus, Azaria Pontifice, & 80. Sacerdotibus. Nam plaga
DOMINI vocatur* 2. paralipom. c. 26. Lepra item Mariæ
*qua ſeptem diebus laboravit, quòd unà cùm Aarone in Moy-
ſen murmurâſſet* : Numer. 12. Lepra manus *Moyſis : de qua*
Exodi 4. Cæcitas *D. Pauli triduana, cùm converteretur.*
Actorum 9. Languor ille alvi inſanabilis Jorami, *quo affli-
ctus fuit à DEO biennium : tandem tabe conſumptus, & quaſi
colliquatus, adeò ut etiam viſcera egeſſerit.* 2. paralipom. c. 21.
Furor, *ſive* Mania *Nebucadnezaris, qua 7. annis detinebatur.*
Daniel. 4. *Denique brachium* Jeroboami *extemplò arefactum,
cùm Virum, ſeu Prophetam DEI, graviter ipſum propter idolo-
latrica ſacra inſtituta objurgantem, brachio de altari extento,
ultimo affici ſupplicio juſsiſſet*: 3. Regum 13.

LXIV.

Mediatè à DEO per Angelum *immiſſa fuit Peſtis illa
triduana, qua* Regius propheta David *ob numeratum popu-
lum punitus : adeò ut intra triduum ſeptuaginta millia viro-
rum miſerè perierint* : 2. Reg. c. 24.

Ejuſdem conditionis illa quoque peſtis fuit, qua Angelus
à DOMINO ablegatus in caſtris Aſſyriorum *centum octo-
ginta quinque millia ſuſtulit è medio* : 4. Reg. *c.* 19. Eſaiæ *c.* 37.
& Paralip 2. *c.* 21.

Item & illa, qua DOMINVS per Angelum *una nocte
omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharao-
nis uſque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere, &
omne primogenitum jumentorum perdidit* : Exodi c. 12.

LXV.

Mediatè à DEO per homines, Moyſen & Aaronem,
*illata fuerunt ulcera & veſicæ turgentes, ſexta plaga, Ægy-
ptiis. Tulerunt enim* Moyſes & Aaron *ex mandato DOMI-
NI cinerem de camino : quem poſteaquam* Moyſes *coràm* Pha-
raone *ſparſiſſet in cœlum, excitata illa ſunt ulcera, & veſicæ.*

in ho-

... valdeque dolorificæ : Exodi c. 9.

LXVI.

Mediatè à DEO *per Diabolum* D. Jobus *ulceribus & ſcabie peſſima, à planta pedis uſque ad verticem capitis, affectus fuit.* Job. 2.

LXVII.

Mediatè à DEO *per eundem Sathanam punitus fuit* Saul, *Rex Iſraëlitarum, melancholia, quæ adeò illum exagitavit, ut nonniſi dulciſſimo Davidicæ cytharæ luſu mulceri potuerit* : 1. Regum c. 16.

LXVIII.

Mediantibus hirundinum excrementis Tobias *Senior excæcatus eſt, cùm feſſus rediiſſet domum, & obdormiviſſet juxta parietem* : Tobiæ c. 2.

LXIX.

Falſum ergò, omnia πάθη φυσικὰ καὶ ἀνθρώπινα *eſſe: nullum altero* θειότερον.

LXX.

Deinde falſæ quoque ſunt propoſitiones ſequentes. Prima: *ille morbus non eſt à* DEO, *qui divites tantùm, non autem pauperes affligit. Omnes enim, ſive divites, ſive pauperes vexent, virgæ* DEI *ſunt: & exempla ſuprà recenſita* Oziæ, Sauli, Nebucadnezaris, & Jobi, *hominum divitiis abundantium, ſatis probant, etiam ditiorum morbos à* DEO *proficiſci.*

LXXI.

Secunda: *qui magis* DEUM *venerantur, minùs ab eo corripiuntur* : θ. 42. *Nam omnibus ſeculis, etiam ſanctiſſimi homines, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Martyres &c. variis jactati fuerunt calamitatibus: nimirùm ut conformes fierent imagini Filii* DEI: *ut ad preces, fidem, vitæq; novitatem inflammarentur magis: ut fides & conſtantia eorum probaretur: ut denique per admirandas liberationes de* DEI *præſentia, dilectione & omnipotentia redderentur certiores.*

LXXII.

Tertia: *divites* DEUM *magis colunt* : θ. 42. *Nam*

contrarium utplurimùm verum eſſe experientia docet. Vbi enim theſaurus tuus, inquit Salvator Matth. 6. *ibi & cor tuum: & facilius eſt, ait idem* Matth. 19. *camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem in regnum cœlorum intrare. Propterea* Salomo *à DEO petijt, ne ſibi divitias largiretur. Credebat enim, anſam eas ad defectionem & abnegationem præbere poſſe.*

LXXIII.

Quarta: *pauperes DEVM deteſtantur, magiſq; impij ſunt: θ.42. Contrarium enim docet* Lazarus, *Iro pauperior, & Epulo, Crœſo & Mida opulentior: quorum is in ſinum Abrahæ poſt obitum ab Angelis portatus eſt, ob fidem & pietatem: hic ob luxum, ſecuritatem, & contemptum verbi divini in gehennam detruſus:* Matth. 16.

LXXIV.

Quinta: *nullus morbus oritur ab ira divina: θ.43. Notum quippe, omnes calamitates, & conſequenter etiam morbos, reales & oculares eſſe conciones de ira DEI adverſus peccata, & pœnæ loco ab ira DEI hominibus immitti.*

LXXV.

Sexta: *epilepſia non eſt à DEO: θ. 44. Nam ſi morbi omnes flagella DEI ſunt, erit & epilepſia. Ideóque à DEO, tanquam malum pœnæ, prodit. Non eſt enim malum in civitate, quod non fecerit DOMINUS.* Amos c. 3.

LXXVI.

Septima: *qui affectus cauſas habet naturales, à DEO non eſt: θ.45. Non enim DEVS ſimpliciter ex cauſarum albo excluditur: ſed ſolùm infertur, DEVM non omnium morborum cauſam eſſe immediatam. Manet autem multorum cauſa mediata: quoniam cauſis ſecundis ad morborum generationem utitur.*

LXXVII.

Octava: *qui morbus eſt ſanabilis, is θεῖος non eſt: θ.56. Atqui lepra* Mariæ, *lepra manus* Moyſis, *cæcitas Apoſtoli* Pauli, *marcor, ſiue arefactio* Jeroboami, *& mania* Nebucadnezaris,

ezaris, *de quibus θ.63. ſanatæ fuerunt, & tamen à DEO pro-ectæ.*

LXXVIII.

Nona: *qui morbus eſt hæreditarius, & à parentibus in iberos propagatus, divinitùs irrogatus non eſt: θ.57. Reſponſio patet ex dictis. A* DEO *ortus non eſt, nimirùm* ἀμέσως: *nediante tamen prava diſpoſitione parentum ab eo prodijt.*

LXXIX.

Decima: *qui morbus certis duntaxat naturis accidit, non omnibus, originem à DEO non habet θ. 58.* Atqui *ulcera, & veſicæ illæ tumentes Ægyptiorum, de quibus θ 65. Ægyptiis ſolùm, eorumq́; jumentis obtigerunt, ſalvis manentibus Iſraëlitis, & tamen à DEO immiſſæ.*

LXXX.

Undecima: *cujus affectus cauſa latet in cerebro, is DEUM authorem non agnoſcit: θ 59. Dictum namq́; DEUM ſemper quidem concurrere, ſed non ſemper eodem modo. Aliquando immediatè, nonnunquam mediatè: ut ex præcedentibus liquet. Etſi igitur hujus, vel illius morbi cauſa in hac, vel in illa parte lateat: omnium tamen author DEUS eſt: ſcil.* ἐμμέσως: *quia naturales cauſas dirigit ad procreationem ægritudinum. Nam dùm judicamur, inquit* D. Apoſtolus, *à DOMINO corripimur:* 1. Corinth. 11.

LXXXI.

Sed miſſo παρέργῳ, *ad* ἔργον *& inſtitutum noſtrum revertamur. Probatum autem, quòd* Hippocrates *per* τὸ θεῖον, *quod perpendendum in morbis præceperat,* IRAM DEI *non intellexerit. Diſpiciendum nunc, an per illud* EPILEPSIAM *inaudierit? Sic enim quoſdam* τὸ θεῖον *Hippocrateum interpretatos eſſe* Galenus *memorat.*

LXXXII.

Non inaudiiſſe autem epilepticum malum, hoc argumento planum fieri poteſt. Qui negat, epilepſiam morbum eſſe divinum, aut θειότεραν καὶ ἱερωτέραν *reliquis morbis eſſe, is per* τὸ θεῖον *epilepſiam minimè intelligit. At* Hippocrates *negat, epi-*

lepſiam eſſe morbum divinum: 1. quia cauſas habet naturales: 2. quia mediis curatur naturalibus: 3: quia hæreditaria eſt: 4. quia certis duntaxat naturis accidit: 5. quia cauſa ejus in cerebro latet: quemadmodum ex dictis liquet. E. per τὸ θεῖον *epilepſiam minimè intellexit.*

LXXXIII.

Non defuerunt, inquit Galenus comm. 1. in prognoſt. *§. 4. qui* Hippocratem *per* τὸ θεῖον AMOREM *voluiſſe affirmârint.* Galenus *cõcedit quidẽ, eſſe morbum quendam* ἐρωτικὸν, *amatorium: eoque laboraſſe Filium Regis, & deprehenſum fuiſſe ab* Eraſiſtrato: *& l.* de præcognit. ad Poſthumum c. 6. *ſcribit,* Eraſiſtratum *cognoviſſe ex pulſu, novercam amari à Juvene privigno. Addit inſuper, ſe quoq; amorem cujuſdam fœminæ, quo flagrabat erga ſeruum, explorâſſe. Verùm negat, authores hujus opinionis docuiſſe, morbum iſtum* θεῖον *eſſe: aut ab* Eraſiſtrato *atque* Hippocrate θεῖον *appellatum.*

LXXXIV.

Nonnulli aſſeverârunt, Hippocratem *per* τὸ θεῖον *genus* DIERUM CRITICORUM *innuiſſe: quia cauſæ illorum latent. Sed* Galenus *monet, interpretes iſtos ſuum quendam affectum manifeſtâſſe: non autem mentem* Hippocratis *prodidiſſe. Non enim ſimpliciter quæ cauſas habent* ἀγνώςες, *incognitas, aut* παραλόγες, *inopinabiles,* θεῖα *nominamus: ſed tùm ſolùm, cùm* θαυμαςὰ, *admirabilia ſunt.*

LXXXV.

Imò, ſi rem ponderemus diligentiùs, cauſæ criticorum dierum Hippocrati *incognitæ minimè fuerunt. Hoc enim* Galenus *in opere de diebus decretorijs oſtendit. Quî ergò per* τὸ θεῖον, *quod ſecundum horum opinionem* ἄγνωςον *eſt,* ἢ παράλογον, *dies criticos intellexerit?*

LXXXVI.

Itaque valere juſsis aliorum explicationibus, eam amplexatur Galenus, *quam* Hippocratis *eſſe putat. Ait enim,* Hippocra-

pocratem τὸ θεῖον *non ſolùm nobis commendâſſe, ſed etiam explicuiſſe. Fuiſſet enim* ληρώδης, *ridiculus, ſi rei alicujus cognitionem nobis injunxiſſet, nec tamen illam enarrâſſet: præſertim cùm conſtet,* τὸ θεῖον *rem indigitare magni momenti, & ad artem medicam cumprimis pertinentem.*

LXXXVII.

Quid igitur τὸ θεῖον Hippocratis *tandem eſt? Reſpondet* Galenus, οὐκ ἄλλό τι εἶναι παρὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κατάστασιν, *nil eſſe aliud, niſi* ambientis nos aëris conſtitutionem. *Monere enim* Hippocratem *in prognoſticis, quòd Medicus perpendere debeat, an quid in morbis divini inſit? Hoc eſt, quòd debeat aëris qualitates & conſtitutiones ponderare, &, cùm cauſæ ſint futurorum morborum, prævidere, quinam morbi ſint dominaturi?*

LXXXVIII.

Nam aphor. 11. ſ. 3. *oſtendit, qui morbi regnaturi ſint æſtate, ſi hyems juſto fuerit ſiccior & aquilonia: ver contrà pluvium & auſtrale.*

LXXXIX.

Aphor. 12. ſ. 3. *monſtrat, qui morbi verno iempore infeſtaturi ſint, tùm fœminas, tùm mares, ubi hyems auſtrina & pluvia admodùm, ver autem ſiccum & boreale extiterit.*

XC.

Aphor. 13. ſ. 3. *docet, quibus ægritudinibus homines laboraturi ſint hyberno tempore, ſi prægreſſa fuerit æſtas ſicca & aquilonia: autumnus verò pluvioſus admodùm atque auſtrinus.*

XCI.

Aphor. 14. ſ. 3. *ediſſerit, quæ affectiones homines ſint invaſuræ, ſi autumnus fuerit aquilonius & ſiccus.*

XCII.

Hæc & alia, inquit Galenus, προγνώσεις *ſunt* τῶν ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος αἰτίας ἐν ἡμῖν γινομένων, *præſenſiones eorum morborum, qui nos ob circumſtantis aëris conſtitutionem infeſtant, & νοσήματα ἐπιδημοῦντα, morbi populariter graſſantes vocantur:*

tur: de quibus Hippocrates in aphoriſmis διὰ κεφαλαίων βρα-χέων, *breviter & ſummatim*: in libris verò epidemiorum ἐπὶ πλεῖστον καὶ ἐπὶ τὸ κατὰ μέρος, *fuſiùs uberiuſq; docuit, & ad ſpecialia planè devenit*: in prognoſticis *autem eos prorsùs omiſit quamvis ad prognoſticorum doctrinam pertinerent.*

XCIII.

Itaq; rectiùs feciſſent interpretes, ſi inquiſiviſſent, cur Hipp. *in prognoſticis non explicuerit, quidnam per* τὸ θεῖον *intelligendum ſit, quàm illud* ψευδῶς *interpretari?*

XCIV.

Suſpicatur verò Galenus, *cauſam, cur* Hippocrates ἐξήγησιν τοῦ θείου *in prognoſticis prætermiſerit, eſſe* τὸ μέγεθος τῆς πραγματείας, *amplitudinem doctrinæ de morbis epidemijs. Ideóque illam* operi prognoſtico, *per ſe ſatis prolixo, adjungere noluiſſe. Nam propter amplitudinem tractationem propriam & peculiarem poſtulare ſcribit.*

XCV.

Sententia igitur Galeni *eſt, per* τὸ θεῖον *Hippocrateum neque* iram Deorum, *neque* epilepſiam, *neque* affectum ἐρωτικὸν, *amatorium, neque* dies criticos *intelligendos eſſe: ſed* aêris nos ambientis conſtitutionem.

XCVI.

Verùm, ſi Galenus *in genere de quavis aëris conſtitutione loquitur, hallucinari videtur plurimũ: quoniam* θ.23. *dictum*, Hippocratem *per* τὸ θεῖον *inaudire tale aliquid, quod ſit arcanum, abditum, & humanæ menti incognitum. At conſtitutiones aëris in primis* 4. *qualitatibus tales non ſunt, ſed omnibus, etiam idiotis & plebeijs, notæ.*

XCVII.

Gorræus in definit. medicinal. *ſcribit,* θεῖον *id in morbis dici, quod eſt à DEO, vel à cælo, quodq; ut DEVS magnum eſt, aut excellens, aut admirabile, aut incomprehenſibile, h. e, cujus cauſam non modò non ſenſu, ſed ne cogitatione quidem aſſequi poſſumus.*

XCVII[I]

XCVIII.

At nimis anguſtis limitibus τὸ θεῖον *circumſcribit. La-
tiùs namque patet, neque cœlitùs ſolùm obtingit.*

XCIX.

Fernelius l. 2. de abdit. rer. cauſ. c. 10. *aſſerit, morbos
totius ſubſtantiæ* θείυς *eſſe: cauſaſque ſimiliter abditas atque
occultas divinarum nomen mereri: eas præſertim, quæ in am-
bientis nos aeris conditione latent. Verùm non in qualitati-
bus illius manifeſtis, caliditate, frigiditate, humiditate, &
ſiccitate, ſed omninò in occultis, quas* Hipp. l. de nat. hum.
νοσερὰς ἀποκρίσεις, *morbidas expirationes appellauit, quibus aer
conſperſus eſt. Has cæleſtem habere originem profitetur: vi-
que pollere deleteria, toti noſtræ ſubſtantiæ prorsùs inimica:
cùmque neque ſenſu, neque ratione dignoſci deprehendique
poſſit, rectè cæcam fuiſſe à Medicis appellatam, & qui inde
naſcuntur morbi, cæcos vocatos: ab* Hippocrate *autem diui-
nam fuiſſe dictam cauſam illam, quòd admirabilis obſcuraq; ſit,
nec vllo ſenſu comprehenſa.*

C.

Fernelii *ſententiam, quatenus per* τὸ θεῖον *ambientis
aëris conditionem, non à manifeſtis & elementaribus, ſed abdi-
tis atque occultis qualitatibus corruptam ac labefactatam in-
nuit,* Horatius Augenius *l. 6. de febr. c. 14. amplexatur.*

CI.

Nos inficiamur, omnes totius ſubſtantiæ morbos eſſe θείυς.
Ponit enim Fernelius *etiã manifeſtos totius ſubſtantiæ morbos:
quos nemo* θείυς *dixerit: quia cauſas habent manifeſtas, non ab-
ſtruſas atq; incognitas. Deinde cauſas morborum, quæ in occul-
tis aëris qualitatibus, & in illis* νοσεραῖς ἀποκρίσεσι *latitant, non
magis* θείας *pronunciamus, quàm alias, de quibus dicemus in-
frà.* Tertiò, νοσερὰς ἀποκρίσεις *omnes cæleſtem habere origi-
nem, & à corporibus provenire ætheriis, negamus. Prodeunt
enim etiam ab infernis: uti mox oſtendemus.*

CII.

A Fernelii *ſententia haud longè abeſſe videtur* Vallerio-

la l. 3.

la l.3. Enarrat. med. c.7. & l.3. loc. comm. c.3. *vbi inter cæ-tera ſcribit,* Hippocratem *per* τὸ θεῖον *majus aliquid longéqu- præſtãtius, quàm aëris conditionẽ, modum in actiuis & paſſiuı qualitatibus excedentem, ſignificare voluiſſe: nimirùm cauſ- ſam quandam nobis aduerſam & exitioſam, prorsùs incogni- tam, & ſoli DEO notam, eiuſque arcano conſilio morbis inſer- tam: quam* Hippocrates *morbidæ excretionis nomine ſit di- gnatus: h.e. vitioſæ cujuſdam naturæ, quæ non manifeſta qua- litate noxam inferat, ſed* ὅλῃ τῇ οὐσίᾳ *cæcaque poteſtate corpo- ra noſtra corrumpat.*

CIII.

Ab hac cauſa, quæ, uti dictum, abdita eſt & deleteria, ac proinde diuina atque admirabilis, qui morbi prodeunt, etiam abditos, deleterios, diuinos, & quia in ſui nos admirationem trahunt, admirabiles appellari arbitratur: adeò ut tales cauſæ & morbi illud θεῖον *ſint, quod* Hipp. in prognoſticis *conſideran- dum præcepit.*

CIV.

Credimus, Hippocratem *per* τὸ θεῖον *principaliter qui- dem innuere cauſam aliquam occultam, quæ* σύνεσιν ἀνθρωπίνην *excedat: internam pariter atque externam: eamque vel hyper- phyſicam: qualis eſt, quæ ab artibus magicis, veneficiis & in- cantationibus procedit: vel phyſicam: & rursùs aut cælitùs de- ductam: aut ab aere, aquis, terra, animalibus, ſtirpibus, foſſi- libuſve & mineralibus corporibus profectam: quæ affectus pe- ſtilentes, malignos, venenatos & contagioſos gignit. Haud tamen à vero nos aberrare exiſtimamus, ſi dixerimus, etiam illos affectus* θείους *eſſe, qui ſymptomata edunt ſtuporis & admi- rationis plena: & quorum cauſæ non* ἄγνωστοι *quidem ſunt omninò:* δύσγνωστοι *tamen, & apud artis proceres admodùm controverſæ.*

CV.

Placet evagari latiùs, & τὸ θεῖον *in quibuſdam affectio- num generibus Medicinæ initiatis demonſtrare.*

CVI.

Et primùm quidem in Peſte: *de qua in genere nobis notum,*

otum, quòd morbus ſit occultus, iſque populariter in cujusli-
et ordinis, ſexus, ætatis & complexionis homines ſæviens, ve-
enatus & contagioſus, qui vitæ principium, cor, obſidet, in-
que in omne corpus derivatur: contractus ab inſpiratione
ris, venenatis μιάσμασι, *inquinamentis, ſive* νοσεραῖς ἀποκείσεσι,
orbidis excretionibus, καὶ ἀποῤῥοίαις, *defluuiis, conſpurcati:*
urimiſque ſymptomatibus, v. g. carbunculis, bubonibus, pe-
chiis, leipothymia, ſyncope, palpitatione cordis, vomitione,
irium omnium, ac præſertim vitalium, infirmitate, vigiliis,
lirio, cephalalgia, vertigine, vomitione, nauſea, hæmorrha-
a narium ſtipatus: ægrotantem non rarò paucas intra ho-
s è medio tollens. Verùm exoterica hæc eſt & popularis tan-
m cognitio. Acroamatica & exquiſita nos latet. Latet
oque cura methodica. Quam enim Pragmatici inſtituunt,
npirica eſt: experientia, non indicationibus ſtabilita. Nam
æ his nititur, in illa morbi cauſæque natura penitùs eſt per-
ecta. Ab utroque enim indicante indicationes deſumun-
r. At natura peſtis & cauſæ ejus nos fugiunt Quo fit, ut
iam ſpecificum illius remedium nondum innotuerit: ſic do-
ntibus & conquerentibus multis exercitatiſſimis medendi
tificibus.

CVII.

Eadem ratio eſt Febrium malignarum & petechialium, *æ aliâs etiam* peticulares, lenticulares, purpuratæ, puli-ares, ſtigmaticæ & maculoſæ *cognominantur. Harum uippe natura & cauſa, ſive intus in nobis genita ſit, ſiue ex-rinſecus inducta, nobis eſt incognita. Blandiuntur foris: in-s ſæviunt, inque vitam & ſanguinem noſtrum debacchātur.*

CVIII.

Admirabiles affectus ſunt Morbilli, *ſive maculæ illæ ubentes, quæ erythremata dicuntur: & his admirabiliores* ariolæ. *In his enim primùm fit ſanguinis ebullitio & effer-eſcentia, quæ varia parit ſymptomata: deinde variolæ erum-unt: tertiò augentur: quartò ſuppurant: ultimò cruſtæ gi-*

gnuntur: iiſque ablatis, non rarò relinquuntur foveæ, faciem cumprimis & manus deformantes. Invadunt cujuslibet ſtatus & conditionis homines: eorumque interiora pariter & exteriora, in & extra uterum, quovis anni tempore, in regione quavis, occupant. Eſtque illarum cauſa adeò anceps & dubia, ut num ſint reliquiæ impuritatum ſanguinis materni, quo fœtus paſtus eſt in matrice, velut Arabes *ſtatuunt: an* μιάσματα, *quibus aër infectus, quemadmodum* Fernelio *placet: an alia aliqua, hodierno adhùc ſeculo litigatur. Quis igitur* τὸ θεῖον *in illis non agnoſcat?*

C I X.

Epilepſia *certis redit intervallis: totum corpus convellit: principes functiones aufert: ſenſibus privat, ut dolorem non ſentiant laborantes, ſi maximè caput, manus, pedes, imò corpus univerſum ad lapides & ligna vehementer allidant: ſpumam ex ore excutit: facit, ut veſicæ & alvi excrementa effluant. Itaque nemo inficias ibit, quin in illa* θεῖόν τι *latitet: præſertim cùm cauſa illius vel humor, vel vapor malignus ſtatuatur, non imperfecta ventriculorum cerebri obſtructio.*

C X.

Obſtupeſcunt ſpectatores, cùm Catocho, *ſive* Catalepſi correptos *intuentur. Nam quo in ſtatu prehenſi ſunt ægri, in eodem aliquandiu perſeverant: ſive ſteterint, ſive ſederint, ſive cubârint: adeò ut congelati quaſi videantur. Exempla inſigniora videantur apud* Schenckium *l.* 1. *obſervat* 114 *quæ ex* Galeno, Fernelio, Jacotio, Hollerio & Alex. Benedicto, *petita.* Θεῖον *igitur aliquod hîc ſe offert: idque eò magis, quoniam cauſa affectus adeò obſcura eſt, ut artis Dictatores ex illa ſe extricare nequeant.*

C X I.

Horrendum quandoque ſpectaculum obſervatur in Spaſmo. *Membra enim contrahuntur validiſſimè, ut nulla vi externi retrahi ad priſtinum locum queant. Imò ſic interdum convelluntur, ut muſculi tendineſque illorum diſrumpantur. Teſta*

tu

tur Jacchinus comm. ad c. 13. l. 9. Rhaſis, *vidiſſe ſe, quòd calcanea in ſpaſmo ad clunes uſque fuerint attracta.* Antonius Benivenius, de abdit. morb. cauſ. c. 8. *refert, mulieri cuidam plantas pedum ad cervicem convulſas eſſe.* Alex. Benedictus *l. 5. c. 6. anat. memorat, ſpinam in ſpaſmo aliquando in arcus Scythici modum retrorſum flecti, tanto cum cruciatu, ut ægri ſæpè intra dies 4. tollantur è medio. Miſerè quoque ſeſe Doctores in cauſæ explicatione torquent: ut non immeritò* θεῖόν τι *hic ſubeſſe ſuſpicari liceat.*

CXII.

Quos Apoplexia *percuſſit, quaſi fulmine tacti videntur. Derepentè enim concidunt, omnibus privati actionibus: ſola reſpiratione, quæ tamen & ipſa difficilis tandem evadit, à mortuis diſtantes. Nunquid igitur non* θεῖον *quid ſubeſſe in illa rectè creditur?*

CXIII.

Melancholici *vel cogitant, vel efficiunt abſurda longéque à ratione & conſilio abhorrentia, eaq; omnia cum metu & mæſtitia. Hominum conſpectum & conſuetudinem fugiunt: multi ſolitudines quærunt, & interdum mortuorum ſepulchra, aut horridas ſectantur ſpeluncas, luporumque imitantur ululatum. Infinitæ enim horum ſunt ſpecies: nimirùm qualis maximè olim fuit cujuſque intenta cogitatio, aut qualis vitæ conditio, talis ſeſe repræſentat melancholica deliratio. Exempla plurima ex diverſis Authoribus recenſet* Schenckius *l. 1. obſervat. 253. & 257.*

CXIV.

Conſtat inſuper ex Petro Aponenſi comment. ad problem. 1. ſect. 30 Ariſt. Antonio Guainer. 10. *tr.* 15. *c.* 4. Eraſ. Roterodamo *in encomio Medicinæ, &* P. Foreſto *l. 10. obſerv. 19. melancholicos quoſdam, dùm melancholia laborarent, licet literati non eſſent, latinè tamen locutos eſſe, compoſuiſſe carmina latina, cantiunculas & hymnos latino idiomate cantâſſe, & ſyllogiſmos feciſſe optimos. Alios etiam futura prædixiſſe, ex aliis*

liquet authoribus. Quis quæſo noſtrûm θεῖον Hippocraticum hîc non perſpicit?

CXV.

Maniaci, *qui & furioſi atque inſani nominantur, cogitatione quidem, verbo, aut opere melancholicorum imitantur deliramenta: ſed iracundia, jurgiis, clamoribus, trucique aſpectu, multo denique majore corporis impetu & mentis perturbatione exercentur, ut quaſi feræ ac beluæ immanes dentibus, unguibus, pedibus, pugniſque, rabie planè inuſitata, obvios quoſque petulanter invadant: adeò validi atque robuſti, ut maniacus vnus à viris aliquot coërceri & compeſci nequeat. Rurſum hîc* τὸ θεῖον *Hipp. ſe prodit.*

CXVI.

Rarus quidem, ſed tamen verus affectus eſt, quem Furorem uteri, *aliqui à parte, in qua is præcipuè viget,* νυμφομανίαν *appellant. Nympha quippe, vel, ut propriè magis loquamur, Clitoris in hoc vitio incaleſcit, intumeſcit, & contrectata coëundi deſiderium auget. Eſt enim affectus iſte nil aliud, quàm effrænis & inſatiabilis Veneris appetitus: virginibus viro maturis, viduis, & fœminis nigellis atque cholericis, quæ multo, calido, acri, mordacique ſemine abundant, familiarior, quàm aliis. Patitur in eo non ſolùm uterus, ejuſque partes omnes: ſed etiam cerebrum trahitur in conſortium: partim quòd halitibus ex ſemine elevatis petatur: partim quòd cogitationibus & imaginationibus Venereis indeſinenter vexetur. Tota namque earum deſipientia circa Venerem occupata eſt: ut illi quaſi mancipatæ videantur: delectanturq; vehementer venereis, impudicis & laſcivis, tùm ſermonibus, tùm lectionibus, tùm cantionibus, tùm ludis atque ſpectaculis. Quæ honeſtatis habent rationem, & vitioſo appetitui reluctantur, ac præ pudore vitium, quo conflictantur, revelare non audent, triſtes ſunt & taciturnæ, pallent, paulatimque contabeſcunt. Aliæ, ſepoſita omni pudicitiæ reverentia, inſatiabili deſiderio viros provocant, iiſque ſe proſtituunt: aut, ſi voti compotes*

fieri

fieri nequeant, mortem ſibi conſciſcunt: id quod de Virginibus Mileſiis *&* Lugdunenſibus *memoriæ proditum: quarum illæ hoc affectu correptæ, nec illum tamen præ verecundia detegere auſæ, vitam ſibi laqueo abbreviârunt: hæ verò ſe in fluuios & puteos præcipitârunt. Quis hîc* τὸ θεῖον *non agnoſcat? cùm & affectus ſit ſtuporis plenus: & cauſa in occulto deliteſcat. Manifeſta quidem datur, copia, calor, & acrimonia ſeminis, vterique ardor intenſus: verùm & qualitas quædam peculiaris, eaq; cum* Mercato *maligna concedenda eſt.*

CXVII.

Quid dicemus de Νυκτοβάταις, *noctambulis, qui &* ὑπνοβάται, *ſomnambuli vocantur? Dormientes è lecto ſurgunt, ambulant, & vigilantium munia obeunt: excelſa quandoque loca conſcendunt: per trabes & laquearia ædium oberrant: per ſcalas aſcendunt, atque deſcendunt: mira quoque alia præſtant, vigilantibus inimitabilia: quemadmodum* Schenckius *l.*1. *obſervat.*127. *multis exemplis id ipſum ex* Ariſtotele, Galeno, Salio, Langio, Alemanno, Textore *&* Horſtio *declarat. An non & in his* τὸ θεῖον *maximè elucet?*

CXVIII.

Quid Furor ἐρωτικὸς, *h.e.* inſania ex amore *efficiat, neminem latet. Hiſtoriæ teſtatum fecerunt, perditè amantes, cùm amatis frui non poſſent, inſanos factos eſſe. Hanc verò inſaniam in cauſa poſteà fuiſſe, ut vel ipſi ſibiipſis violentas intulerint manus: vel mœrore ac tabe conſumpti fatis conceſſerint. Doctiſſimus* Valeriola *l.*2. *obſervat.*7. *notat, Mercatorem quendam ex amore factum eſſe melancholicum: miriſque viſis, non tantùm noctu, ſed etiam interdiu agitatum. Concitum modò in iram: mox placabilem in riſum effuſum: amatæ ſpeciem ſe ſingulis momentis in conſpectu habere affirmâſſe: fuiſſe illi blanditam, ac ſi præſens fuiſſet: mox quòd ſe redamare nollet, miris eam increpuiſſe modis: omnem de amata ſermonem, omnem inter luctum iviſſe diem: triſtitiam ac mœrorem inſomnes ei peperiſſe noctes: & promptam paratamque*

que

que fuiſſe voluntatem ad mortem violentam, niſi domeſticorúm cura illa fuiſſet inhibita. θεῖον *ſanè hîc aliquod obſervatur.*

CXIX.

Qui Pica, κίττα, *ſive* μαλακία infeſtantur, *res planè alienas & peregrinas, à quibus ſanorum natura abhorret: v.g. carbones, teſtas, cretam, calcem, arenam, lapillos, cineres, terram, tartarum, lanam, goſſypium, capillos, araneas, lacertas, fila, quibus veſtes erant conſutæ &c. devorare ſolent: quemadmodum* Schenckius *exemplis declarat* l.3. obſervat. 31. & 32. ſect.1. *Idque faciunt non tantùm prægnantes, primis præſertim duobus tribuſve menſibus, quibus fœtus adhùc eſt parvus, & pauco contentus eſt ſanguine: verùm etiam mulieres & virgines, quibus menſes ſunt ſuppreſſi. Adhæc & pueri atque viri* κακόχυμοι *: quemadmodum ex* eodem Schenckii *loco conſtat. At picæ cauſa adeò eſt abſtruſa, ut* θεῖον *quid hîc latere meritò conjiciamus. Propterea tam diſcordes de illa Authorum ſunt ſententiæ. Omnes quidem arbitrantur, cauſam eſſe vitioſum humorem, tunicis ventriculi inhærentem, & hinc affligentem orificium ventriculi. Sed quæ illius natura ſit, quæ qualitas, quæ hunc affectum excitat, minimè ediſſerunt. Quidam dicunt, qualitatem eſſe malignam & venenatam. Alij hoc negant: quòd talis humoris indicia atque effectus ſe non prodant Nonnulli occultam quidem eam eſſe concedunt: verùm an ſimilis, an contraria iis ſit rebus, quæ appetuntur, explanare ſatis nequeunt.*

CXX.

Credendum quoque, in βουλίμῳ, *ſeu* βουλιμίᾳ, magna illa, inexplebili, & bovina fame, θεῖον *hærere. Videantur ſtupendæ hiſtoriæ de comedonibus & bibonibus quibuſdam apud* Bruyerinum l.3. de re cibaria *cap.* 5. *& apud* Zuingerum in theatro.

CXXI.

Bulimiæ opponitur ἀσιτία, omnimoda à cibo potuque abſti

abſtinentia, *qua nonnullos non tantùm per aliquot dies, ſed etiam per plures menſes & annos, citra vitæ tamen interitum, laboràſſe* Schenckius *ex monumentis Authorum fide dignorum* l.3.de part.natur.ſ.prior.obſerv.39.*demonſtrat. Quis quæſo* τὸ θεῖον *hîc non animadvertit? Cauſas quidem reddere nonnulli ſunt conati: ſed fruſtrà. Tales enim ſunt, quæ ne mediocribus quidem ingeniis ſatisfaciunt.*

CXXII.

Viſuntur in abſceſſibus toto genere p. n. *appellatis mirabilia multa, luto, oſſibus, lapidibus, vnguibus, pilis, ſeuo, pulti, melli, muco, urinæ &c. ſimilia: teſte* Galeno l.de tum. p.n c.4. *Itaque ne in his quidem* τὸ θεῖον *deſideratur. Vt ſicco nunc pede prætereamus molas in utero natas, quæ bufones, ranas, lacertas, ſerpentes, erucas, ſanguiſugas, aſtacos, lepuſculos, feles, tincas, polypos, echinos, repreſentabant: de quibus* Marcellus Donatus l.2 hiſtor. mirab. c. 12. *&* Schenckius l.4. obſervat.230. & 231. *ſilentio quoque id animalculum tegamus, quod* Gordonius *Harpam & fratrem Lombardorum*: Platearius *fratrem Salernitanorum: noſtræ mulieres* **ein ohnfråß** *nuncupare ſolent. Cum fœtu enim in utero generatur, eumque genio ſuo, h.e. alimento, defraudat.*

CXXIII.

Adeò diuturnæ quandoque ſunt Vigiliæ, *vt mirum videri queat, quomodo homo tanto temporis tractu ſine ſomno vivere poßit? Scriptum enim reliquit* Plinius *l.7.c.51. Mecænati ſupremo triennio nullo horæ momento ſomnum contigiſſe.*

Teſtatur H. Montuus *l.1. anaſcev. morb. c.27. nobilem Matronam annos* 35. *inſomnem fuiſſe, ſine ſanitatis offenſa.*

Refert I. Heurnius *c.16. de morb. cap. retuliſſe ſibi quempiam Papiæ,* Nizolium *illum Ciceronianum decennio ſomnum minimè vidiſſe.*

Fernelius *l.5.* παθολογ. *c.2. narrat, quendam mente captum menſibus* 14. *nullum cepiſſe ſomnum. Quis in ejuſmodi vigiliarum diuturnitate* τὸ θεῖον *latere inficiabitur?*

E Qui

CXXIV.

Qui τὸ θεῖον *eo in affectu non agnoſcit, quem* Choream, *ſiue* Saltum S. Viti *nuncupant*, τὸ θεῖον *ſanè neque in aliis affectuum ſpeciebus facilè concedet. In illo enim homines inſano quodam ſaltandi furore perciti choreas ducere ſemper appetunt, & cum aliis tripudiare geſtiunt. Obuios namq; quoſlibet arripiunt, eoſque ad ſaltandum ſollicitant: idque tamdiu faciunt, donec viribus planè defatigatis, pedibuſque attritis, ad ſe iterùm redeant, extremam infirmitatem ſentiant, ac proptereà refici deſiderent. Videatur notabilis hiſtoria apud* Platerum l.1. obſervat & in tract. de læſ. function. c.3. *Videantur & aliæ apud* Schenckium *l.1. obſervat.* 271.

CXXV.

Eſt Διαβήτης, *qui à celeri urinæ tranſitu nomen ſortitus eſt, rarus quidem affectus, adeò vt* Galenus *l. 6. loc. aff. fateatur ingenuè, ſe illum bis tantùm obſervâſſe: ſed tamen mirabilis. In eo enim ſitis eſt inexpleta: unde & dipſaci nomine venit: ſupraque modum bibitur. Potus autem nihil ferè redditur mutatus: corpus tandem univerſum ſiti caloreque exhauſtum contabeſcit. Itaque non immeritò* θεῖον *aliquod in illo ſtatuitur. Exempla videantur* ἀξιομνημόνευτα *apud* Schenckium *l. 3. ſect. poſter. obſ.* 162. *& ſequentibus.*

CXXVI.

Eſt affectus regionibus ſeptentrionalibus, & Balthici maris accolis, ijſque, qui Germanico adjacent Oceano, & inferiori Saxoniæ, ut Hollandiæ, Selandiæ, Flandriæ, Brabantiæ, Daniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, Friſiæ, W*eſtphaliæ, Pomeraniæ, & finitimis populis familiaris, penéque* ἐνδήμιος, *ſive vernaculus, qui appellationem ab inhabitatoribus Saxoniæ inferioris accepit, &* Scorbutus, *ſive* Schorbutus *vocatur; quòd graviſſima ventris tormina pariat. Dicitur etiam* Schormund *&* Schorbeck/ *ab oris vitio, vacillatione dentium, exeſione & exulceratione gingivarum. Vnde &* Oſcedo, *&* Stomacace, *quaſi* κάκωσις τοῦ στόματος, *&* Gingipedium, *ab affectis gingivis & pedi-*

& pedibus nominatur : putaturque eſſe volvulus hæmatites Hippocratis , & ſub magnis illius Lienibus comprehenſus: item Scelotyrbe & Stromace Plinii l.25. c.3. Quàm πολύμορφος iſte ſit affectus, & quot quamque mirabilia inferat ſymptomata, medendi artificibus eſt notiſſimum. In principio latet, eſtque obſcurus. Ingraveſcens autem & confirmatus ſe prodit omnibus. Nam os fœtet, gingivæ pruriunt, intumeſcunt, rubent, laxæ fiunt, & flaccidæ, preſſæ ſeroſum ſanguinem effundunt, tandem exulcerantur & conſumuntur, ut dentes vacillent, & ſine negotio ac dolore eximi ex alveolis queat: color faciei pallidus eſt, aut lividus, aut ex livido in fuſcum vergit: facies tumet: maculæ viſuntur, majores minoreſque, in cruribus, tibiis, dorſo, ventre, alibi : eæque violaceæ, purpureæ, lividæ, nigricantes : ulcera crura infeſtant : urgent & dolores articulorum : laſſitudo & gravitas ſentitur in corpore toto: maximè in cruribus: nauſea quandoque adeſt : nonnunquam vomitus : eructatio, ſputatio & ſalivatio eſt perpetua & copioſa: corpus contabeſcit: difficultate reſpirationis laborat: caput dolet : cor anxium eſt atque mœſtum : ſuperveniunt aliquando ſpaſmi, motuſque convulſivi : ſtupor aut παράλυσις crura occupat, quæ dicitur ſcorbutica : tormina ventrem exercent: ſanguis ſtillat è naribus: alvus aliis conſtipata eſt : aliis immodicè fluit: puſtulæ hinc inde emergunt lividæ, aliove colore tinctæ: ſudor erumpit largus, & graveolens: ſubſequitur tandem hydrops , cujus prodromus ſunt malus corporis habitus, & icterus: aſſociantur interdum febres, intermittentes & continuæ, generis varij: cutis fœdatur ſcabie : pudenda exulcerantur. Non omnia tamen ſymptomata viſuntur in omnibus : ſed hæc in iſto: illa in alio ſubjecto deprehenduntur. Modò etiam plura & graviora : modò pauciora & remiſſiora obſervantur: nimirùm pro materiæ peccantis quantitate, qualitate, & loco, quem occupat. Quò etiam diutiùs malum iſtud duravit, eò pluribus & gravioribus eſt ſtipatum accidentibus. Cauſa creditur humor eſſe melãcholicus: ſed multo ſero dilutus:

& peculiari proprioque modo corruptus: adeò ut etiam malignæ venenatæq; alicujus qualitatis particeps ſtatuatur. Nam ſi vulgaris duntaxat eſſet melancholia, tùm & melancholici, & lienoſi, & quartanarij omnes ſimilibus conflictarētur vitiis: quoniam & iſti affectus ex humore melancholico ſcaturiunt. Obnoxii huic ſunt malo *lienoſi, quibus lien eſt infirmus, impuritate multa refertus, obſtructus, intemperatus: hypochondriaci item, parentibus ſcorbuticis nati, in locis ſuprà commemoratis degentes, quoniam malum eſt contagioſum: denique qui victu utuntur ſalſo, craſſo, crudo, fæculento, fumo indurato.* Fons peccantis materiæ *plerunque lien eſt: aliquando & meſenterium: itemque & hepar: hæretque non mediocris illius portio etiam in ramis venæ portæ, pancreas, omentum, vicinaſque partes perreptantibus: indeque concedit in ramos venæ cavæ: per quos poſtmodùm in omne corpus, ejuſque partes internas atque externas diffunditur: & pro varietate partium varia ſymptomata parit. Quis hîc quæſo de* θείου *præſentia dubitet: cùm & cauſa ſit occulta: quia venenata: & effectus admirabiles?*

CXXVII.

Plica Polonorum *affectus eſt mirabilis, gravis, nullam admittens curationem: nomen à complicatione capillorum ſortitus. Intricatum enim capillitium eſt: cui tricæ, & cirri, Græcis* πλόκαμοι, *correſpondent. Illæ Germanis* verwurrte Haar: *hi* Zöpff *vocantur: Plica autem* Schröttlins-zopff *appellatur: quoniam plebeiis perſuaſum eſt, eam à ſpectro nocturno, vel Incubo, quem* Schröttlin *nominant, capillos ſugente, eoſque ſalivali humiditate conglomerante, fieri. Alij plicam* Morenlock *nuncupant: quod illi ſimiles tricæ in collo ſcropharum enaſcantur, foriſque propendeant. Malum videtur eſſe novum, veteribus incognitum: quibuſdam populis endemium: ut phthiſis Romanis: epilepſia Bononienſibus & Florentinis: bronchocele Tyrolenſibus, Styris atque Carinthiis: ſcorbutus inferioris Saxoniæ incolis. Infeſtum tamen præ cæ-*

teris

teris Nationibus Polonis. Non infrequens etiam Vngaris. Schenckius *l.*1. *obſervat.* 3. *ſcribit, innotuiſſe quoque Briſgoiis & Alſatis. In quibuſdam, inquit, prælongas videre licet: pilorum capitis & barbæ tricas cirroſque mirificè intortos, eoſque à capite ad humeros, à mento ad pectus, & aliquando uſque ad umbilicum demiſſos pendere. Hos illi magna religione prorsùs incultos neque ferro præcidunt, neque pectine explicant. Credunt enim, cirris, tricis, ſive plicis hujuſmodi graviſſimorum capitis affectuum materiam, ut apoplexiæ, paralyſeos, maniæ, & cumprimis pertinacis cephalalgiæ, abſumi. Hac ſive ſuperſtitione, ſive multa hominum obſervatione ducti, quidvis potius, quàm plicarum culturam, aut reſectionem, tanquam infauſtam atque lethalem, admittunt. Extat quoque hiſtoria apud* Schenckium, *quæ teſtatum facit, quendam plicam præcidendo vetulam tridui ſpatio è medio ſuſtuliſſe. Mordicùs enim defendunt, plicas, tricas, ſive cirros iſtos, naturâ factos, vitam fovere: & propterea eos alunt, quamdiu vita ſupereſt: ratum habentes, à multis ſeſe ægritudinibus hac ratione præſervari. Hæ Briſgojorum & Alſatorum plicæ periculo carent: & à quibuſdam ſine ullo incommodo uſque ad ultimum vitæ halitum circumferuntur. At Polonorum plica cum multis grauiſſimis eſt conjuncta ſymptomatibus. Reſecta, mala invehit atrocia. Nullis cedit remediis, ut teſtatur* Rector Academiæ Zamoſcienſis *in epiſtola ad Doctores Patavinos Anno* 1599 *exarata: in qua & Plicæ accidentia graphicè depingit: & remedia pro Polonis petit. Sed fruſtrà. Quis igitur non hoc quoque in affectu mirabili, cujus & cauſa in abſcondito latet, & curatio empiricè ſolùm à multis tentata,* τὸ θεῖον *deprehendit?*

CXXVIII.

Verùm omnium clariſſimè in morbis totius ſubſtantiæ, qui ab occultis cauſis proficiſcuntur, τὸ θεῖον *conſpicitur. Tales ſunt peſtilentes, venenati, & contagioſi. In ſpecie peſtis, tùm epidemia, tùm privata, lues gallica, elephantiaſis, ulcera ma-*

 ligna,

ligna, cancroſa, & quæ τηλέφεια, *chironia,* δυσίατα, καὶ δυσεπούλωτα *dicuntur: dyſenteria maligna, qualis nonnunquam in peſte & variolis obſervatur: carbunculi peſtilentiales, bubones, tùm peſtiferi, tùm Venerei: adhæc quædam ſyncope, quædam palpitatio cordis, epilepſia & ſuffocatio ſive ſtrangulatus ab utero.*

CXXIX.

Strangulatus certè iſte *ſtuporem adſtantibus incutit. Ita enim vehemens eſt aliquando, vt fœminæ pulſu, reſpiratione, ſenſu, motu, & ratione careant, defunctis ſimiles.*

Plinius l.7. c.52. *hyſtericæ meminit mulieris, quæ 7. diebus exanimis ad vitam rediit.*

Paræus l.23. c. 46. *ſcribit, permultas fœminas non priſcis tantùm ſeculis, ſed noſtra etiam & patrum memoria hoc ſymptomate correptas pro mortuis, etſi viverent, elatas eſſe.*

Foreſtus ait l.10. ad obſerv.79. *in quadam hyſterica vitam 24. horis adeò latuiſſe, ut adſtantes illam pro mortua habuerint.*

Alexander Benedictus l.10. c.10. *teſtatur, quaſdam hyſtericas demum in ſepulchris ad ſe rediiſſe.*

Albertus Bottonus l. de morb. mul. c.43. *aſſerit, aliquando cõtingere, ut præfocatæ mulieres omni priventur functione vitali, ita ut à defunctis nullo modo diſtingui poſſe videantur: præſertim ſi ob refrigerationis intenſionem calor adeò debilis ſit factus, ut vitales & animales actiones interciderint. Tunc enim ſola caloris tranſpiratione, quæ latenti valdeque obſcuro cordis & arteriarum motu præſtatur, vivunt. Ideóque ut* Galenus *exploraret, ſubſitne adhùc aliquid in corpore animulæ ac vitæ, flocculum carptæ lanæ, plumamve molliorem & ſubalarem ori & naribus admovebat. Nam cùm vidiſſet, corpora hæcce aliquantulùm moveri, leniterque agitari, hyſtericam adhùc ſuperſtitem judicabat. Alij pro exploratione vitæ hyſtericarum terſum nitidumque ſpeculum, aut rem aliam ex metallo fabricatam, ſed perpolitam, aut accenſam candelam ori naribuſque apponunt. Vitrum quoque aqua plenum thoraci applicant.*

tant. *Nam ſi ſpeculum inficiatur, & velut aſpergine obnubi-letur: vel aqua in vitro aliquantulum moveatur, ſubeſſe ad-hùc ſpiritum vitamque conjiciunt. Certiorem* δοκιμασίαν *eſſe* Paræus *ſtatuit, ſi inſufflatis in nares pulviſculis ſternutato-riis ex helleboro & pyrethro præfocata ſternutare cogatur. Quodſi neque lanæ flocculus, neque pluma, neque accenſa can-dela moveatur: aqua etiam in vaſe vitreo immota perſi-ſtat: & nitor ſpeculi, alteriuſve rei ex polito metallo confe-ctæ ſervetur integer, non tamen neceſſariò infertur, vitam eſ-ſe ablatam. Ratio eſt: quia licet omnis pulmonum motus, à quo reſpiratio dependet, perierit: adhùc tamen interna calo-ris* διαπνοὴ *ſervari poteſt: quæ non pectoris & pulmonum mo-tu editur, ſed cordis & arteriarum latenti admodùm atque obſcura motione. Proinde tutius eſt, ut deficientibus ſignis certis, mandemus adſtantibus, ne exequias maturent, ſed hy-ſtericas ultra tempus conſuetum in ædibus detineant, & fune-brem pompam diebus aliquot ſuſpendant. Nam ſi poſt illos nul-lum ſe prodat vitæ veſtigium, & fætor ex cadavere expiret, appareatque color cadaveroſus, hyſtericam è vivis exceſſiſſe audacter pronunciare licebit. Vide apud* Paræum *loco ſuprà citato, quid anatomicæ commentationis jacentis & propè ne-glectæ Parenti ac Reſtauratori* (Veſalium *indigitat*) *acciderit, cum nobilem Hiſpanam, quæ ex hyſterico ſtrangulatu credeba-tur mortua, diſſecuiſſet.*

C X X X.

De Peſte *dictum fuit* θ.95. Θεῖον *enim ſine dubio in illa la-tet: ſive naturam ejus ſpectes, quæ inexplicabilis: ſive cauſam perpēdas, quæ occulta: ſive ſymptomata rimeris, quæ admirabi-lia. Exemplum lege apud* Thucydidem l. 2. de bello Pelopon-neſiaco. *Ibi enim horrenda deſcribitur Peſtis, quæ primū ince-pit in Aethiopia: poſteà deſcendit in Aegyptum & Libyam: tandē etiam Athenas invaſit. Refert* Thucydides, *qui & ipſe paſſus illā peſtem, & alios laborantes vidit, neque tantum peſtilentiæ, neq; tantū funerum uſquam fuiſſe obſervatum, quantū illo tempore*

Athenis.

illi Medicos non fuiſſe pares: ejus naturam planè latuiſſe: majorem fuiſſe, quàm ut exprimi, & acerbiorem, quàm ut tolerari ab humana natura potuerit. Aves avolâſſe: quadrupedes cadavera hominum inſepulta, quorū numerus erat infinitus, in & extra urbem, vel non adiiſſe, vel quæ ea attigiſſent & guſtâſſent, expirâſſe. Quibuſdam decidiſſe artus & pudenda. Nonnullos in puteos ſe præcipitâſſe. Alios neque ſe ipſos, neque neceſſarios ſuos, poſtquam convaluiſſent, agnoviſſe. Tanta eos rerum omnium ceperat oblivio.

CXXXI.

Lues Venerea, *quæ &* Scabies Gallica, Neapolitana Hiſpanica, Indica, & Pudendagra *vocatur, affectus eſt mirabilis. Solo quippe contactu contrahitur, niſi quis infectis natus ſit parentibus: primùmque eas partes adoritur, quæ primò virus gallicum exceperunt: v. g. partes obſcænas, ſi concubitu: ſummam cutem, ſi accubitu: papillas & mammas, ſi lactatione infantis infecti: os ejuſque partes internas, ſi vitio nutricis: genas, ſi oſculo ſit contractus. Deinde, niſi arceatur ſerpit latiùs, nec ceſſat, donec totum corpus occupârit: & non ſolùm omnis generis morbos, ſimilares, diſſimilares atque communes: ſed etiam ſymptomata plurima, actiones ſcil. læſas qualitates mutatas, & excretiones profert. Miſerabile ſcortatorum flagellum.* Incipiens, *ſiquidem ex impuro nata ſit concubitu, efficit gonorrhœam bubones in inguinibus, & cariem in pudendo: quæ initio refert grana milij colore & magnitudine: poſteà tranſit in ulcuſcula: quæ tandem profunda & ſordida fiunt.* Augeſcens *cauſat capillorum, ſuperciliorum & barbæ defluvium: puſtulas per totum corpus ſparſas, præcipuè autem caput, frontem genaſque occupantes: maculas flavas, vel rubras, cutem obſidentes: ulcera maligna genitalium oris, palati, columellæ, tonſillarum, partium aliarum: artuum dolores, maximè veſpertinos & nocturnos: non in articulis, ſed in ſpatio inter articulos medio: cephalalgiam: gummata, ſive tophos, & nodos in capite, fronte, anteriore tibi*

ru

rum parte: rhagadas, ſeu fiſſuras in manibus pedibuſque: verru-cas & excreſcentias, quæ fici & condylomata dicuntur, præſertim in locis obſcœnis & ano: tubercula carnoſa in urithra, quæ ἰσχουρίας poſtmodùm cauſæ ſunt. Inveterata naſum corrodit: uvulam exedit: oſſa tibiarum, brachiorum, & inprimis cranÿ, naſi, atque palati carie corrumpit: ulcera reddit putrida, cancroſa, fiſtuloſa: febrim hecticam, φθίσιν, καχεξίαν, caſum dentium, cæcitatem, ſurditatem, raucedinem, aſthma, epilepſiam, loquelæ impedimentum inducit: quemadmodum Practicorum monumenta oſtendunt.

CXXXII.

Non minùs mirabilis affectus eſt Elephantiaſis, *quæ etiam* Satyriaſis, Leontiaſis, & lepra Arabum *appellari ſolet. Effectus enim edit ſtupendos: & non ſolùm, ut lues Venerea, ex parentum ſemine inquinato, impuroque contactu, ſed etiam ſponte proprioque vitio contrahitur: habetque, ceu illa, principium, medium & finem, h.e. vel incipiens eſt: vel confirmata: vel conſummata atque abſoluta, & vel inprimis in capite & artubus elucet. Unde & Examinatores potiſſimùm ad haſce corporis partes in dÿudicatione reſpiciunt. Facies eſt terribilis & truculenta: frons rugoſa, qualis leonum: labia tument: craſſæ ſunt auriculæ, nariumque alæ, ut meatus evadat anguſtior: tubercula dura & rotunda deprehenduntur ſub cute frontis, ſuperciliorum, malarum, & circa aures: eaque doloris expertia, & mobilia, ſi impellantur: granula porcorum leproſorum grandinibus ſimilia viſuntur in palato, faucibus, & linguæ radice, ſi lingua inſtrumento deprimatur. Capilli, cilia, ſupercilia & barba decidunt: raninæ venæ, quæ ſub lingua latent, tumidæ ſunt & nigricantes, in modum varicum. Ulcera adoriuntur naſum, palatum, fauces & columellam, haſque partes exedunt, atque abſumunt: vox rauca eſt: halitus fœtet: reſpiratio fit difficilior: cutis reliqui corporis vel albicat: vel nigricat: vel pallet: vel flavo infecta eſt colore: eſtque ſcabra, aſpera, craſſa, inæqualis: ſæpè furfures & ſquamulæ*

ab illa abſcedunt. Sub ea tanguntur nodi granorum in modum duri atque rotundi. Manus & pedes tument & inflantur: ulceribus etiam laborant ſordidis & virulentis, quorum oræ calloſæ ſunt & prætumidæ. Frigent quoque ſtupentque maximè pedes, quia ſunt à fonte caloris diſtantiores. Adhæc fiſſuras patiuntur, atque verrucas: quæ etiam faciem infeſtant. In ſumma, cancrum repræſentat Elephantiaſis univerſalem corporis totius: ea maximè, quæ conſummata. Nam incipiens tot tantiſque vitiis ſtipata non eſt.

CXXXIII.

Cancer *Paræo particularis eſt elephas: ac ob id non ſecus ac elephantiaſis ipſa mirabilis. Tumor durus, rotundus, inæqualis, venas habens in ambitu craſſo nigroque ſanguine turgidas, chelas cancrorum repræſentantes: toto genere malignus: vel incurabilis omninò: vel curabilis ægrè: & non niſi ferro, igne & medicamentis acrioribus. Quanquam cancrum occultum, h.e. non ulceratum,* Hipp. aphor. 38. ſ. 6. *curari nolit: quòd curatus citiùs interimat: non curatus efficiat, ut ægri longiùs vitam trahant. Oritur magnitudo ciceris: eſtque principium illius valdè obſcurum. Poſteà ſenſim creſcit: donec in molem attollatur inſignem. Quò acrior fervidiorq; eius eſt materia, eò eſt malignior, cóq; citiùs exulceratur: quò verò materia pigrior eſt atque ignavior, eò citra ulcerationem conſiſtit diutiùs. Sed ulceratus ſaniem eructat tenuem, eamque colore variam: lividam ferè, aut nigricantem: labia habet dura atque inverſa: vicinas partes invadit, ſimilique labe inficit: fœtet valdè: leipothymias inducit, tetro vapore ad cor delato: venis exeſis ſanguinem ſæpè profundit: malum aſpectu horribile.*

CXXXIV.

Cancroſis ulceribus affinia ſunt, quæ maligna, ægrè ſanabilia, & dyſepulota *vocantur. Talia ſunt* Telephia: & *his deteriora* Chironia: *Oras enim habēt tumentes, præduras atq; calloſas. Proinde non facilè ſaneſcunt. Cicatrice interdum obducuntur tenui, ſed quæ mox diſrupta ulcus renovat. Cau-*

ſam

ſam eorum Fernelius *ſtatuit cæcam malignitatem, quæ vix abigi profligarive poſſit. Hujus generis ulcera viſuntur in elephantia & lue venerea. Peſtis quoque talia poſt ſe interdum relinquit.*

CXXXV.

Dyſenteria, quæ peſtem & variolas inſequitur, *quæ item epidemia eſt, & ex aëre malignis* μιάσμασι *infecto generatur, ſine dubio* θεῖον *quid in ſe habet: quemadmodum &* anthraces peſtilentiales, *&* bubones Venerei. *Sunt enim malignitatis venenatæ characteres.*

CXXXVI.

Huc pertinent etiam Syncope *&* Leipothymia, *non omnis, ſed ea ſolùm, quæ ex maligna cauſa nata: quales ſunt, quæ peſtem, febrim malignam, cancrum mammarum, aſſumptave venena conſectantur. Sunt enim & ſyncopæ atque leipothymiæ, quæ ex manifeſtis duntaxat cauſis, v. g. ſpirituum vitalium vel diſſipatione, vel diminutione, vel ſuffocatione, vel alteratione prodierunt: in quibus* τὸ θεῖον *locum non habet.*

CXXXVII.

Locum rursus habet in iis affectibus omnibus, quos vel animalia venenata *ictu morſuve ſuo,* vel ſtirpes virulentæ, *vel* metallica, mineralia, *ſeu* foſſilia corpora, *veneno imbuta, producere ſolent. Mirabilia namque ſymptomata inferunt: quorum nulla probabilis ratio reddi poteſt. Vera cauſa abdita eſt, humano ingenio imperveſtigabilis.*

CXXXVIII.

Libet in gratiam juniorum rem illuſtrare exemplis: tametſi vagaturi ſimus extra oleas. Qui à cane rabie correpto demorſi ſunt, *in* ὑδροφοβίαν, *incidunt; alij ſtatim: alij die quadrageſimo: alij ſeriùs: ejuſmodi vitium, quod ægrotantes exhorreſcere aquam cogit: cùm tamen aqua ad temperandam ardoris & ſiccitatis intemperiem, ſitis item reſtinctionem, qua laborant, remedium ſit optimum. Abhorrent etiam à quovis alio liquore. Quidam canum more latrant, rabidi evadunt,*

dunt, & obviam factos morſu adoriuntur, ac mordendo ſimil vitio labefactant: quemadmodum docet Dioſcorides l. 6. c mihi 35. Paulus *l. 5. c. 3. &* Actuarius *l. 6. m. m c. 11. quadam alia dictis addunt, nimirùm convulſiones, ſudores, anxietatem mœrorem, cujus cauſa quidam contabeſcunt, fugam lucis, & canini latratus imitationem.* Avicenna *ponit præter hæc ſi tim, oris ſiccitatem, & raucedinem: l. 4. fen. 4. tr. 4. c. 7.*

CXXXIX.

Ictus Phalangiorum (*genera ſunt araneorum noxiorum & venenatorum, ſic dictorum, quòd in cruribus tres habeant φάλαγγας, internodia:) facit, ut corpus tremat, poplites & inguina diſtentiones patiantur convulſionibus ſimiles: urinæ libido perpetuò laceſſat: cute tota emanet ſudor frigidus: collachryment oculi, offuſiſque nebulis caligent.* Dioſcor. ibid Actuarius *l. 6. c. 11.* Paulus *l. 5. c. 6. &* Aëtius *tetrab. 4. ſerm. 1. c. 18. enumeratis accidentibus addunt frigiditatem circa genua, lumbos & ſcapulas, gravitatem corporis, vigilias, dolores, tumorem corporis, faciei & linguæ, adeò ut ſermo impediatur.*

CXL.

Si Scolopendra (*animalculum eſt ex albo millepedum, quaſi ἔχον σκόλοπα ἐν τῇ ἕδρᾳ, in extremo, quod caudæ loco eſt, corniculum, veluti radium impactumque aculeum habens*) *aut* Ophioctene, *quæ ſerpentes necat, morſum intulit, locus per ambitum livore ſugillatur & computreſcit: ulcus remediis invictum ferè eſt: totoque corpore prurigo ſentitur.* Idem ibid. *nec non* Paulus *l. 5. c. 9. &* Actuarius *l. 6. m. m. c. 11.*

CXLI.

Scorpionis ictu *locus modò exæſtuat, modò frigore occupatur: conſequitur ſudor, horroris ſenſus & tremor: extremæ partes refrigeſcunt, inguina extolluntur, per ſedem exeunt flatus, capilli eriguntur, pallor membra decolorat, & dolor, tanquã ex acu pungente per univerſam cutem ſentitur.* Idem ibid. *Eadem planè* Paulus *habent l. 5. c. 8. &* Actuarius *l. 6. m. m. c. 11.*

*m.m. c.*11. Aëtius *verò tetrab.* 4. *ſerm* 1. *c.* 19. *addit ſudorem frigidum, inguinum extumeſcentiam, ſi ictæ partes infernæ: ſin ſupernæ, alarum: vomitum, ſingultum, ſpaſmos, ſpumam oris, ſordes circa oculos glutinoſas, lachrymasq́ viſcidas. Exempla videantur apud* Schenckium *l.*7. *obſerv.*113.

CXLII.

Si percuſſit Paſtinaca marina, *plani, vt ait* C. Celſus, *piſcis genus, protinùs moleſti dolores accedunt, aſſiduæ convulſiones, laſſitudo & imbecillitas. Mens labat: poſteà ægri obmuteſcunt: oculi caligant: affecta pars in ambitu cum vicinis denigratur, atque ita obſtupeſcit, ut tangentem non ſentiat. Preſſa atram ſaniem, craſſam & malè olentem eructat.* Idem ibid. *Eadem planè tradunt* Actuarius *l.* 6. *m.m. c.*11. & Aetius *tetrab.* 4. *ſerm.* 1. *c.* 371.

CXLIII.

A Mure arcaneo, *beſtiola, juxta* Aëtium *tetrab.* 4. *ſ.*1. *c.*14. *colore quidem ſimili Muſtelæ: magnitudine autem muri, ictis, tum alia ſymptomata accidunt, quæ* Dioſcorides ibid. *recenſet: tùm inteſtinorum tormina, dyſuria, & frigidæ aſperginis offuſio conſequitur.* Dioſcoridi *ſuffragantur* Paulus *l.*5. *c.*11. & Aëtius *tetrab.*4. *ſerm.*1. *c.* 14. *Adjiciunt autem inflationem corporis, & puſtulas circa morſum ſanioſo humore refertas, quibus ruptis, ulcus album apparet. Exin putreſcentes partes excidunt, nome oriente ſimiliter ut in iis, quæ paſcendo proſerpunt.*

CXLIV.

Si Vipera *momordit, corpus intumeſcit, vehementer rubeſcit, ſubalbidumque colorem concipit: ſanies è vulnere erumpit, quæ ſubpinguis: mox cruenta: puſtulæ aduſtis ſimilis erumpunt: ulcus in proxima repit: non ſumma modò corporis, ſed intima quoque corripit: gingivæ iis cruore ſuffunduntur: tormina & bilioſi vomitus ſequuntur, ſopor, tremor & dyſuria accedunt, frigidus ſudor emanat.* Idem ibid. *Ejuſdem planè ſententiæ ſunt* Paulus *l.*5. *c.*12. Aëtius *tetrab.*4. *ſ.*1. *c.* 12. &

*c.*21. & Actuarius *l.*6.*m.m.c.*11. *ſed adyciunt intumeſcentiam corporis & leipothymiam.*

CXLV.

Conſimilia eveniunt iis, qui à Cæcula, *ſive* Cæcilia, *ſerpente, aut* Amphisbæna, *ſerpente in anteriorem ac poſteriorem partem gradiente ſunt læſi.* Idem ibid. *nec non &* Actuarius & Paulus *l.*5.*c.*13.

CXLVI.

Dryinus, *ſive* Querculus, *ſerpens à domicilio nomen adeptus, quoniam in cavernis quercuum, quas* δρῦας *Græci vocant, eroſiones & tormina creat.* Dioſcor. ibid. *Adeò malignæ recentiſque eſt naturæ, inquiunt* Galen. Aët. & Paulus, *ut ſi quis eum tantùm calcet, pedes excoriet, tumorem magnum circa crura pariat: curantis Cheirurgi manus cute privet: & ſi quis illum adoriatur, enecetque, inſigniter fœteat, ſuoque fœtore omnium aliorum odorum, quantumvis præſtantium, ſenſum auferat.* Aëtius *tetrab.*4. *ſerm.*1. *c.*29. *addit ab ejus morſu tumorem nigrum, dolorem vehementem, ulcus depaſcens, delirium, ſingultum, vomitum, iſchuriam, tremorem, ſtuporem, vocis interceptionem, tandem mortem.*

CXLVII.

Hæmorrhous ſerpens *hoc peculiare habet, quòd efficiat, ut ex plaga copioſus effluat cruor, & quacunque corporis parte cicatrix ulla fuerit, ea ſanguine manet: excrementa per alvum dejiciantur ſanguinolenta: è pulmone ſanguis extuſſiatur, & in vomitiones effuſi ſine remedio icti commoriantur.* Idem ibid. Paulus *l.*5.*c.*15. *præter hæc etiam vehementes incidere dolores aſſerit: & quidem tàm acerbos, ut* Actuarius *l.* 6. *m.m.c.*11. *dicat, corpora ob cruciatuum continuitatem macilenta ac prorsùs ſtrigoſa reddi.* Aëtius *tetrab.*4.*ſ.*1.*c.*23. *dolorum quoque ſtomachi & dyſpnϾ meminit.*

CXLVIII.

Dipſas ſerpens *ab effectu nomen accepit.* Δίψαν *quippe h.e. ſitim inexhauſtam parit. Unde & Situla ab* Iſidoro *dicitur:*

itur: & à Græcis πρηςής καὶ καῦσος. *Demorſis, ait* Dioſcorides *bid. inſatiabilis exoritur ſitis, quæ ſine ulla intercapedine xcruciat. Quodſi ægri potum etiam pleno ore affatim tra- ant, illicò tamen in eandem relabuntur: nec tamen quic- uam per urinas, vomitum, aut ſudores excernitur, inquit* Aëtius *tetrab.4.ſ.1 c.22. Fortè quia ardor omnia abſorbet. Eſt nim hic inſedabilis, teſte* Paulo *l.5.c.15.*

CXLIX.

Serpens miliaris, *quem Græci* ἀπὸ τοῦ κέγχρου, *à milio, enchrum, Cenchrida, Cenchritim, & Cenchrinem nomi- ant, quòd maculis magnitudine & colore milio ſimilibus cor- us notatum habeat, morſu ſuo putridum ulcus gignit, car- eſque in tumorem hydropicum attollit: cui veternus & le- hargus ſuccedit.* Dioſcor, ibid. Paulus *l 5. c.16. &* Actua- ius *l.6.m m. c.11. aiunt, ab ejus morſu omnia, quæ de vipe- a dicta, ſequi: &, ut* Aëtius *addit tetrab.*4. ſ. *1. c.* 27. *longè raviora. Carnes inde putreſcunt, & quæ priùs velut in hy- ropicis intumuerant, defluunt.*

CL.

Ceraſtes, *ſerpens bicornis, morſu ſuo locum attollit, umque durum & puſtuloſum reddit: genitale intendit: men- em turbat: oculos obnubilat: nervorum rigorem inducit: ortem tandem accerſit.* Idem ibid. *Eadem planè habent* Actuarius *l.6.m.m.c.11.* Aëtius *tetrab.4.ſ.1.c.28. &* Pau- us *l.5.c.18.* Paulus *inquit, emanare ex loco demorſo ſaniem odò nigram, modò ſubpallidã, modò viridem: & perire ægros el in anteriorem, vel in poſteriorem partem convulſos: id uod* Aëtius *utplurimùm die nona fieri ſcribit.*

CLI.

Aſpis *vulnus infligit exiguum, ut acus adacta, citra tu- orem: oculos caligine obducit: genarum tremorem excitat: omachi vehementem dolorem infert: frontem perpetuò re- ellit.* Idem ibid. *Sic &* Actuarius *l.6.m.m.c.11. ubi ſan- uinem paucum, eumque nigrum ex loco patiente deſtillare perhibet.*

perhibet. Adjicit etiam, venenum eſſe celerrimum, & ne-
care, ne quidem tertia diei parte interpoſita. Paulus *l.5.c.18.*
monet, 3. eſſe aſpidis ex Galeni ſententia ſpecies: 1. quæ terre-
ſtris: 2. quæ chelidonia. 3. quæ πτύας, ſpuens appellatur: quæ
perniciosiſſima omnium. Nam hæc ubi collum extendit, &
ſpatij longitudinem menſa eſt, collimatè venenum corporibu
inſpuit. Hanc Reginam Cleopatram *interfeciſſe refert: qua*
ubi Auguſtus *devicto* Antonio *ipſam captivam abducere ve*
let ipſa beſtiæ huic ſiniſtram mammam admovit, & ab ha
commorſa obiit.

CLII.

Quibus datæ ſunt Cantharides, *ab ore ad veſicam uſq*
cuncta erodi ſentiunt: picem, aut ſimile quid Cedriæ re
piunt: urinam ægrè reddunt, & ſubinde cum lotio ſanguine
emittunt: ſtrigmenta non ſecus ac dyſenterici alvo excernun
animo linquuntur: oborta vertigine concidunt: tandem me
te abalienantur. Idem ibid. *Hæc omnia &* Paulus *refert*
5. c.30. Aëtius *apponit hebetudinem oculorum, & totius co*
poris inquietudinem: tetrab. 4. ſ.1. c.49.

CLIII.

Qui Erucas pinorum *hauſerunt, illicò dolorem in*
ac palato percipiunt: atrocem alvi, linguæ, & ſtomachi
flammationem patiuntur: cruciatum ſentiunt inteſtinoru
Id. *cap.2.* Aëtius *tetr.4.ſ.1. c.51. ardorem addit per corpus*
tum & ſtomachi faſtidium. Paulus *l.5 c. 33. etiam anxieta*
meminit.

CLIV.

Qui biberunt Bupreſtin, *non diſſimile nitro virus*
piunt: ſtomachi ventriſque vehementi dolore vexantur: v
ter non ſecus ac in hydrope mirum in modum inturgeſcit:
na ſupprimitur. Id. ibid. c.3. Paulus *l.5.c.31 &* Aëtius *tet*
ſ.1.c.50. qui bupreſtin cantharidis ſpeciē eſſe ſcribit, viroſi
odoris, tùm guſtus mentionē facit. Plinius *Bupreſtin aſſim*
ſcarabæo longipedi. Fallit inter herbas maximè bovem:
dem

lemque urit atque incendit. Unde & nomen illi impoſitum, παρὰ τὸ τὸν βοῦν ἐμπιμπρᾶναι.

CLV.

Qui leporem *deguſtârunt* marinum, *piſcium virus lent: procedente tempore alvus dolore afficitur: urina ſupprimitur: & ſi quando illam reddere contingat, purpureo tinctam olore reddunt. Omne piſcis genus averſantur: fœtido gravique ſudore manant: bilem vomunt, aliquando & ſanguini permiſtam.* Idem ibid. *c.* 30. *Hæc accidere etiam conſignavit* Paulus *l.* 5. *c.* 34. Aëtius *tetr.* 4. *ſ.* 1. *cap.* 53. *mentionem quoque facit coloris arquati, deinde & plumbei, faciei tumoris, incendij plantæ pedis, pudendi tumefacti, quod urinæ cohibet effuionem, vomitus piſcium loturam olentis.*

CLVI.

Eſt ſerpentis genus, Σὴψ & σηπεδὼν *nuncupatum, quod norſu ſuo efficit, ut totum corpus putreſcat. Unde &* ἀπὸ τῆς ήψεως, *à putredine, quam parit, nomen illi datur.* Aëtius *etrab.* 4. *ſ.* 1. *c.* 26. *narrat, ex loco laborante exire primum ſanguinem deinde ſaniem graveolentem: putrefactas partes lealbari, & totum corpus vitiligini ſimili colore infici: defluere pilos corpore toto: perire ægros intra* 3. *aut* 4. *dies.*

CLVII.

Tarantula *ſpecies phalangij eſt perniciosiſſima: à Taranto, Apuliæ urbe, appellationem nacta. Ibi enim æſtivo temore innumeræ Tarantulæ vagantur in campis: quamvis & in gro Romano, & in maritimis Senenſibus frequentes reperiri* Matthiolus *ſcribat. Degunt inter ſegetes, in quibuſdam terræ cavernulis. Inde prodeuntes incautos meſſores ſæpè feiunt. Icti variè afficiuntur: nimirùm pro varietate complecionum, aut veneni beſtiolæ. Aiunt enim, illam venenum ſæiùs mutare Hinc alij canunt: alij rident: alij plorant: alij lamant: alij dormiunt: alij vigilant. Plerique vomunt: nonulli ſaltant: aliqui ſudant, tremunt, pauent, fiuntque phreitisis, lymphaticis & maniacis ſimiles. Vis autem veneni de-*

mulce-

mulcetur Muſica. Teſtatur namque Matthiolus, *ictos re-vari auditis inſtrumentis lyricis, vel ſono tibiarum. Incipe enim ſaltare, ac ſi valerent, neque ullo modo læſi eſſent. Ceſſa tibus organis muſicis, iterùm concidere, & priſtinis torque doloribus. Continuato verò illorum ſonitu, tamdiu tripudia donec venenum vel* ἀδήλως, *ſub ſpecie halitus, vel* αἰσθητῶς, *ſudoris forma ſit diſcuſſum & evacuatum.*

CLVIII.

Quàm mirabiles edant effectus Leonis efferati morſu ſanguis Tauri potus, urſorum cerebrum, cerebrum, anh litus, ſanguis & pili felium, ictûs Draconum marinoru contactus etiam mediatus Torpedinis marinæ, ova Barb rum & Luciorum comeſta, aranei *pedibus calcati, per i prudentiam devorati, cùm vino, in quo ſuffocati, hauſti, a fumo combuſtorum inſpirato,* morſus animalium rabio rum, *v. g. luporum, porcorum, equorum, aſinorum, muloru felium, leopardorum, vulpium, ſimiarum, viverrarum, qu noſtrates* Iltiß *vocant, aliorumque animalium (neque en ſoli canes rabie corripiuntur) Cl.* Schenckius l. 7. obſerv *qui de Venenis tractat, ex variorum Authorum monume tis præclarè oſtendit: ad quem Studioſos remittimus. Hiſ rias enim, quas recenſet, hùc tranſcribere, nimis foret p lixum.*

CLIX.

Cæterùm, quemadmodum exemplis benè multis jam d claratum fuit, θεῖόν τι *ineſſe iis affectibus, quos virulenta a malia ictu morſuve ſuo creârunt: ita etiã illuſtrari poſſet exe plis pluribus, idem* θεῖον *in illis quoque latitare malis, quæ* St pes venenatæ *v. g. Cicuta, Hyoſcyamus, Mandragora, N pellus, Taxus, Solanum furioſum, Nerium, ſive Rhododend & Oleander, Aconitum, Datura, ſive Stramonia, Ephemeru Dorycnium, Coriandri herba, Sardonia herba, quæ etia Apium riſus dicitur, Opium, Meconium, Fungi, non edu illi, ſed exitioſi, &c. quæ item* mineralia, foſſilia & metalli

corpor

rpora, *venenoſitate prædita, ut Arſenicum, Cinnabaris, Gy-ſum, Ceruſſa, Calx viva, Hydrargyrus &c. invehere ſolent.*

CLX.

Placet hîc quoque paulò excurrere longiùs, & ex proba-rum Authorum monumentis Medicinæ Initiatos informare, æ θεῖα *narrata modò ſimplicia præſtent: tametſi ſciamus, n omnes in univerſum effectus, quos edunt, ab occultis ma-re qualitatibus: ſed quoſdam etiam à manifeſtis, & cumpri-is à caliditate & frigiditate, proficiſci.*

CLXI.

Etenim Cicuta, κώνειον, Schirling, Dioſcoridi, *ve-num eſt lethale: & quidem* Galeni *judicio l. 7. ſimpl. cap.* κωνείῳ, *facultate refrigeratoria extrema: qua etiam neca- homines idem tradit* Dioſcorides, *l. 4. cap. mihi 67. Pota ertiginem excitat, oculiſque caliginem offundit, ita ut mini-um cernatur: ſingultum ciet: mentem turbat: facit, ut ar-s gelentur, homineſque convulſionibus prehendantur, & ppreſſo arteriæ ſpiritu, ſtrangulentur: teſtibus* Dioſcoride *6. c. 11.* Aëtio *tetrab. 4. ſ. 1. c. 63. &* Paulo *l. 5. c. 41.*

Vidit Hieronymus Tragus *fœminam ex eſu radicum ci-tæ, quas paſtinacas eſſe putabat, quaſi ebriam atque inſa-m factam, ut in altum ſcandere ac ſubvolare conaretur. b. 1. ſtirp. c. 159.*

Teſtatur Cardanus *l. 1. de venen. c. 2. Nobilem Pata-inum, cùm Tortam ex herbis confectam comediſſet, quibus icuta pro petroſelino immiſta erat, ſequenti nocte extin-um eſſe.*

Scribit Matthiolus *ad c. 11. l. 6. ruſticum cum uxore ſua co paſtinacarum per imprudentiam effodiſſe Cicutæ radices, iiſque coctis cœnam ſibi paráſſe. Quid accidit? Experre-i, inquit, media nocte, ratione amiſſa, hùc atque illùc per do-um vagati ſunt in tenebris: caput alliſerunt ad parietes: & caput tumeret inſigniter, &* ἐκχυμώματα *in facie conſpi-rentur grandia, & palpebræ oculorum in molem elevaren-r effatu dignam.*

Idem refert Matthiolus, *in ſimilem mentis alienationem Monachum quendam Franciſcanum ex cicutæ foliis, petroſelini vice juſculis piſcium quorundam impoſitis, incidiſſe eaque per plures menſes fuiſſe agitatum.*

Eadem cicuta aſinos ita ſtupefacit, ut ſomno profundiſſimo atque torpore capiantur, ſimileſque evadant mortuis. Interitum autem adfert anſeribus. Solos ſturnos non lædit.

Dalechampius *memoriæ prodidit in annot. ad cap.* 13. *l.* 25. *Plinij, quendam ad extremum uſque vitæ finem dementem perſtitiſſe.*

Celebre eſt cicutæ venenum morte Socratis, *quem* Quintilianus *Philoſophiæ fontem*: Cicero *Parentem & Principem Philoſophorum*: Pythia, *ut* Laërtius *l.* 2. *de vit. Philoſophorum narrat,* ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατον *appellavit. Nam cùm ex invidia ab Anito & Melito falsò accuſatus eſſet Athenis, quòd jura violâſſet, quòd Juvenes corrupiſſet, quódque nova dæmonia introduxiſſet, ſpretis contemptiſq; Diis, quos ex majorum inſtituto Athenienſium civitas ſuſcepiſſet, damnatus eſt judicum ſententiis: mox in vincula conjectus: & poſt paucos dies pota cicuta interemptus.*

CLXII.

Hyoſcyamus, Altercum, *ſive* Herba Apollinaris, Bilſamkraut / *pota, aut comeſta, ſimilem ebriis abalienationem movet, inquit* Dioſcorides *l.* 6. *cap. mihi* 15. *cui ſubſcribit* Paulus *l.* 5. *cap.* 38. Aëtius *tetrab.* 4. *ſerm.* 1. *cap.* 67 *addit jactationem corporis cum diſtortione, exolutione animi deliquio ſimilem, oculorum ruborem, pruritum, tremorem* Avicenna *l* 4. *fen.* 6. *tract* 1. *c.* 6. *frigus extremorum, caliginem viſus, ſpaſmum, & præfocationem. Sed intelligi debent de illo Hyoſcyamo, cui ſemen nigrum. Hic enim inſaniam & ſoporem inducit. Is, cuius ſemen mediocriter flavum eſt propinquam illi facultatem obtinet. Uterque autem venenatus eſt & deleterius. Cui flos eſt candidus, Medicinæ haud mediocriter inſervit, ait* Galenus *l.* 8. *ſimpl.*

Juliu

Julius Alexandrinus *ad c.3.Gal.l.quod animi mores &c. teſtatur, obſervâſſe ſe in puero, qui temerè & largiter hyoſciami ſemen devorârat, primùm ſimilem ebrio, mox inſanum & vertiginoſum factum eſſe.*

Schenckius *refert l.7. obſervat.* 152. *Nobilem quendam, uxoris ſuaſu, virium herbarum ignaræ, ad compeſcendas punctiones lateris ſiniſtri 25. grana hyoſcyami aſſumſiſſe: ſed non multò pòſt in* φρένεσιν *& mentis abalienationem lapſum eſſe, ut domeſticos non ampliùs agnoverit. Tandem tamen ad ſe rediiſſe, & priſtinam ſanitatem recepiſſe.*

Qui deguſtârunt ſemina, radicem, folia, & ſuccum hyoſcyami, ebriorum inſtar delirant: aſinorum more rudunt: ut equi hinniunt: in gyrum omnia verti autumant: toto corpore tremunt: aliquando epilepſiæ convulſionibus prehenduntur: animo deficiunt: ſuffocari & ſtrangulari videntur.

CLXIII.

Mandragora, Alraun/ *inquit* Dioſcorides *l.6. cap.* mihi 16. *ſi bibatur, confeſtim inſequitur ſopor, exolutio, vehemenſque veternus, à lethargo nihil diſtans. Vim* ὑπνωτικὴν, *ſoporiferam, illi quoque* Galenus *l.7. ſimpl. c. propr. tribuit: idque ob vim refrigeratoriam, quam tertij ordinis habere ſtatuit.* Aëtius *tetrab.4.ſ.1. c.68. inquit, pota radice, homines fieri ſegnes, triſtes, languidos, exolutos, veternoſos, oblivioſos, mente perturbatos, frigidos.* Avicenna *corticem in hac ſtirpe judicat partem deteriorem: eique grana proxima ſtatuit: l.4. fen.6. tr.1. cap.3.*

L. Lemnius *in explicat. herb. biblic. c.2. memorat, ſe, cùm negligenter mandragoræ fructum in Muſæo ſuo collocâſſet, adeò evaſiſſe ſomnolentum, ut ſopor ægrè excuti poſſet. Cùm obnixè obluctatus eſſet ſomnolentiæ, illamque profligare conatus, difficulter tamen id obtinuiſſe: nec rationem tanti veterni invenire potuiſſe. Tandem, cùm quoquoverſum oculos dimoviſſet, obtuliſſe te à tergore pomum, quo in alium locum translato, factus eſt alacrior, depulitque ſoporem. Notant de Man-*

dragora Scriptores alÿ, quòd ex ſomno experrecti vociferentur, iterumque obdormiſcant, & triſtes, ſegnes, languidi, aliquando & amentes fiant: oculos inſuper habeant rubicundos & prominentes: faciem inflatam & ſanguineo colore tinctam: ſentiant pruritum: oriſque amaritudinem percipiant.

CLXIV.

Napellus: *à forma napi, quæ in radice viſitur, dictus, german.* Iſenhütlin/ blawe Wolffswurtz/ Kappenblumen/ Narrenwurtz/ *&* Teuffelswurtz/ *aliâs Thora, quaſi* φθορὰ, *corruptio atque interitus, ſpecies Lycoctoni eſt: poteſtq́ʒ* τοξικὸν *appellari, pernicioſum ſcil. ſimplex, quo ſpicula, tela, ſive ſagittæ barbarorum olim illinebantur. Vis eſt illi, & homini, & multis quadrupedibus exitioſa. Compertum enim id evidenti, ſed perquam miſerabili experimento fuiſſe Antverpiæ,* Dodonæus *ſcribit. Cùm enim ab imperitis inter acetaria ejus illatæ eſſent radices, quicunque eas comediſſent, ſæviſſimis mox ſubſecutis ſymptomatibus correpti vitam cum morte brevi commutârunt.*

Avicenna *l. 4. fen. 6. tract. 1. ſumm. 2. c. 1. docet, Napellum eſſe ex albo deteriorum venenorum: intumeſcere ab eo labia & linguam: oculos prominere: ſupervenire vertiginem & ſyncopen: crura ſuum in ambulando officium minimè facere: homines evadere raro: & qui evadunt, delabi in hecticam, aut* φθίσιν, *quandoque & in teneſmum. Illius ſucco infici ſagittas: quæ quem feriant, ſtatim interficiant. Alÿ addunt convulſiones, ſudorum frigidorum & ſyncopticorum eruptiones, livorem corporis, pulſus languorem & imbecillitatem.*

CLXV.

Taxus *ſecundum* Dioſcoridem *l. 6. c. m. cap. 2. frigus toti corpori, ſtrangulatus & celerem interitum infert. Hinc orta medicamenta taxica, quæ nunc* τοξικὰ *dicuntur, quibus ſagittæ imbuuntur, authore* Plinio *l. 16. c. 10. Aviculæ, quæ Italicæ taxi baccas devorant, denigrantur. Homines alvi profluuio inde corripiuntur. Narbonæ adeò præſentis eſt veneni, ut, ſi*

qui

qui ſub ea dormiant, aut in umbra ejus ſubſideant, lædantur, ſæpéque moriantur: *teſte* Dioſcoride *l.4. c.m.68.*

CLXVI.

Solanum *furioſum & lethale, Italis bella dona nuncupatum, nobis* Dollwurtz/ Dollkraut/ Schlaffbeeren / *ſoporiferum eſt, mentemq; conturbat. De hac ſtirpe ſcribit* Matthiolus *com. in l.6. Dioſcor.c.6. nec non comm: in l.4. ejuſdem c.69. radici ineſſe vim mirabilem. Nam ſi vel in pulverem craſſiuſculè trita, vel cultello deraſa pondere ſcrupuli unius, aut ſemidrachmæ, per duas ſemptemve horas in vini ſeſcuncia maceretur, & digitis poſteà exprimatur, vinumque vel per ſe, vel alij vino permiſtum bibendum propinetur, fieri, ut qui infuſum iſtud aſſumſerit, tametſi lauto opiparoque interſit convivio, nihil quicquam edere queat. Hauſto verò aceti potu, appetitum comedendi redire. Addit* Matthiolus, *ſpectaculum eſſe jucundum, ſi vinum iſtud fucatum præbeatur guloſis umbris, & ad convivia non invitatis, ſeſe tamen ſponte ſua in illa ingerentibus. Offerendum autem hoc ipſis eſſe jejunis, priuſquam menſæ aſſideant.*

Præter hoc Solani genus deſcribit Dioſcorides *l.4. c.m. 62. aliud, quod appellat* ὑπνωτικὸν, *ſomniferum, cujus fructum dicit eſſe crocatum: radicem vim habere ſomnificam, opio tamen mitiorem. Depingit & ſolanum tertium, quod* μανικὸν *vocat, l.eod.c.m.63. ſed à noſtro furioſo eſt diverſum: quoniam ſcribit, id racemũ producere rotundum, nigrum, denis, aut duodenis acinis conſtantẽ, hederæ corymbis ſimilibus: cùm noſtrum baccas proferat, floribus ſuccedentes: & quidem ſingulis unicam, ſplendidè nigricantem, magnitudine ferè mediocris ceraſi, exiguo ſemine gravidam.*

CLXVII.

Nerium, Rhododendrum, Rhododaphne, Roſea arbor, & Laurus roſea, Oleander *in officin. german.* Unholden & Hexenkraut / *floribus & foliis mulis, canibus, aſinis, & quadrupedum plurimis venenum eſt,*

eſt, inquit Dioſcor. l.4. c.m 70. hominibus verò contra ſerpentum morſus præſidium, è vino potum: eoque magis, ſi addita fuerit ruta. Imbecillæ animantes, ait idem, ut oves & capræ ſi aquam bibant, in qua folia ejus maduerint, moriuntur. Galenus *l.8. ſimpl. c. propr. monet, nerium ſi intrò in corpus aſſumatur, perniciosum ac venenoſum eſſe, non hominibus ſolùm ſed etiam pleriſq; pecudibus. Id quod ſuo quoque calculo* Avicenna *confirmat l.4. fen.6. tract.1. c.8. inquiens, oleandrum interficere homines & bruta: efficere anguſtiam vehementem & inflammare ventrem.* Liebautius *refert comm. de venen. quoſdam ex ligno Oleandri feciſſe veru, ex eoque aſſâſſe carnes: ſed extinctos fuiſſe omnes, qui eas comediſſent.*

CLXVIII.

Aconitum *aliquot habet differentias, quemadmodum* Dioſcorides *notat l.4. cap. m. 66. Eſt enim pardalianches, quod Pardos ſuffocat: aliâs myoctonon, quoniam muſcas interimit: itemque cammoron, thelyphonon & theriophonon dictum. Eſt & alterum Cynoctonum & Lycoctonon appellatum, quod canes & lupos enecat: cujus genera idem* Dioſcorides *tria facit: unum, quo venatores utuntur: alia duo, quæ Medici ſuum vertere in uſum ſolent: è quibus tertium Ponticum nuncupatur.*

Torpeſcunt, ait Dioſcorides, *ſcorpiones admota radice aconiti pardalianches, ſtupentque, qui rurſum hellebori contactu excitantur. Poſterioribus generibus utuntur venatores. Inſertæ enim radices carnibus crudis, & devoratæ lupos è medio tollunt. Sunt autem aconiti genera non brutis ſolùm exitialia: ſed etiam homini pernicioſa: præſertim ſucco radicis: qui non tantùm aſſumptus certiſſimum homini & brutis eſt venenum: verùm etiam telis atque ſagittis illitus lethalia vulnera infligit. Caput prætereà gravat: mentem turbat: vertiginem, tremorem, dyſpnœam, & oculorum rubedinem parit: lachrymas præter voluntatem excutit: corpus inflat: tandemque lethum accerſit, nî ſuccurratur: teſtibus* Paulo *l.5. c. 45. &* Aëtio *tetr.4. ſ.1. c.59.*

STRA

CLXIX.

Stramonia, *ſive* Datura, *ſoporifera eſt & narcotica: non inferior viribus mandragora: refrigerans ordine quarto. Flore & ſemine mentem alienat, & in riſum ſolvit. Qui pulverem ſeminis ſemidrachmæ pondere ex vino, aliove liquore ſumſerunt, mente emoventur, rident, aut plorant, aut dormiunt.*

CLXX.

Colchicum, *quod aliqui* Ephemerum, *alij* Bulbum agreſtem *nominâſſe* Dioſcorides *l.4. cap. m. 72. & l.6. c.5. ſcribit, mirum in modum ſaporis voluptate imperitos allicit. Radix enim illius delibrata candida & mollis ſpectatur, madetque ſucco lacteo, qui guſtatu dulcis. Sed comeſa, ait idem l.4. c.72. fungorum more ſtrangulando interficit. Qui ephemerum ſumſerunt: inquit idem l.6. c.5. in interioribus roſionem ſentiunt: ſtomachus cum ingenti gravitate exæſtuat: morbo invaleſcente, cruorem ſtrigmentis admiſtum per aluum exigunt, ut dyſenteria laborantes. Hæc quoque* Paulus *l.5. c.47. &* Aëtius *tetrab. 4. ſ. 1. c. 57. proponunt: ſed addunt pruritum per totum corpus.*

CLXXI.

Dorycnium, *quod* Cratevas *halicacabon, & Caleam vocavit, ſomniferum eſt, inquit* Dioſcorides *l.4. cap. m. 64. Copioſius hauſtum mortem adfert. Nec defuêre, inquit idem, qui dicerent, ſemen in amatoria expeti, & philtra ex illo parari.* Idem *l.6. c. m. 6. docet, dorycnium continentes ciere ſingultus: humorem vexare linguam: ſanguinis facere reiectiones: exulcerare inteſtina, ut mucoſa quædam, perinde quaſi dyſentericis, alvo egerantur. Idem docent* Paulus *l.5. c.49 &* Aêtius *tetrab. 4. ſ.1. c.58.*

CLXXII.

Coriandrum, *ſive* Corianum, *largius ſumptum mentem non ſine periculo movet. Ideóque continuo & copioſiore uſu abſtinendum monet* Dioſcorides *l.3. c.m.60. Et l.6. c.m 9.*

ſcribit, epotum vocem exaſperare: inſaniam parere, à temulentiis non abhorrentem. Qui ſumſerunt, addit, blaterant dictu pudenda, totiuſque corporis odore venenum fatentur. Recens enim herba & ſemen admodùm gravi & injucundo odore fœtent, cùm adhùc virent. Reſiccatum quippe ſemen non modò fœtidum deponit odorem; ſed & malignam ac deleteriam qualitatem exuit: eóque magis, ſi per 24. horas in aceto maceretur: deinde exiccetur. Sic namque præparatum uſui magis eſt idoneum: & ventriculo ſalutare eſt remedium: graveolentiam oris emendans: humiditatem ventriculi crebramque ſalivationem prohibens: ciborum concoctionem juvans. Quæ de coriandri viridis malitia proponit Dioſcorides, *ea* Paulus *l.5 c.39.* Aëtius *tetrab. 4. ſ.1. c.61. &* Avicenna *l. 4. fen. 6. tr. 1. c.8. repetunt.*

CLXXIII.

Sardonia herba *à Sardinia Inſula, in qua creſcit plurima, denominata, ranunculorum familiæ aſſignatur, inquit* Dioſcorides *l.6. c.m.14. Veſcentibus mentem adimit, & quadam nervorum diſtentione labia in rictum contrahit, ut riſus ſpeciem præbeant. Unde & Apium riſus à quibuſdam nominari ſolet: Apio enim ſylveſtri ſimilis eſt. Videtur ſimplex eſſe nervis potiſſimùm inimicum. Sunt tamen, qui arbitrantur, ægros non ſolùm ob convulſionem labiorum ridentes videri: ſed reverâ etiam ob mentis alienationem ridere.* Dodonæus *namque autumat, eſſe hanc ſtirpem Gelotophyllida illam, cujus* Plinius *l.24. c.17. meminit: qua cum vino & myrrha bibita, variæ obſervantur ſpecies, ridendique finis non fit, niſi potis nucleis pineis cum pipere & melle in vino palmeo.* Aëtius *priorem ſequitur rationem: inquiens, herbam potatam furorem & convulſiones inducere, malaſque contrahere, ut riſus imaginem de ſe præbeat: à qua diſpoſitione etiam riſus Sardonius non admodùm boni nominis adagio circumfertur. Eſt enim acceſſio omninò gravis, quæ falſi riſus prætextu præſentem & inſperatam mortem inducit.*

Melo-

CLXXIV.

Meconium & Opium *affinia ſunt. Illud, authore* Dioſcoride *l.4.c.m.55. fit ex tuſis capitibus & foliis papaveris, præloque expreſſis. Elicitus ſuccus agitatur in mortario, & in paſtillos digeritur. Hoc ex vulneratis capitibus papaveris nigri conficitur. Summa enim illorum pellicula decuſſatim in ſtellas inciſa, lachryma exit: quæ concreta in veteri pila teritur, inque paſtillos cogitur. Meconium longè eſt Opio ignavius: utrumque tamen eſt* ὑπνωτικὸν, καὶ ναρκωτικὸν: *& largius hauſtum non modò in lethargum præcipitat: ſed etiam vitam adimit.* Dioſcorides *ſcribit de* Meconio *l.6.c.m.17. conſequi illud veternum, & pruritum vehementem: ita ut ſæpè invaleſcente veneno tanta erumpat prurigo, ut hominem è ſopore excitet. Corpus aſſumptum olet medicamen. Idem dicendum de* Opio: *Exit enim è corpore odor gravis, opium referens. Sumpto Opio largiùs, mens percellitur, labia intumeſcunt, ſingultus fatigat, reſpiratio fit parva, obſcurantur oculi, convulſiones ſuperveniunt. Fertur, ſanguinem concretum poſt uſum illius circa cor fuiſſe repertum. Dicunt etiam, excæcari homines, & auditum fieri hebetiorem, ſi audaciùs adhibeatur. Hæc ſymptomata enarrant etiam* Avicenna *l.4.fen.6.tr.1.c.1. &* Aëtius *tetrab.4.ſ.1.c.69. Extant apud* Schenckium *aliquot exempla eorum, qui opiatis uſurpatis collyriis, clyſteribus, & ſuppoſitoriis, vitam cum morte commutârunt.*

CLXXV.

Fungi *ſecundum* Dioſcoridem *l.4.c.m.71. &* Aëtium *tetrab.4.ſ.1.c.73. alij edules ſunt: alij perniciales. Omnes tamen nocent: alij genere, alij copia, inquit idem l.6.c.m.23. Commune habent, quòd ſtrangulatus concitent ſuſpendio ſimiles. Proinde haud immeritò eos* Seneca *voluptuantium venenum appellat.* Plinius *l.22.c.23. ancipitem cibum dicit, qui familias & tota convivia interimere valet. Venenati qui ſunt, ſuffocant: ventriculum inflant: dyſpnœam pariunt: ſingultum excitant: inteſtina excoriant: nauſeam & vomitum movent.*

Præter hæc Avicenna l. 4. fen. 6. tr. 1. c. 10. tradit etiam horripilationem, parvitatem pulſus, ſudoremque frigidum. Eſu fungorum non paucos enectos eſſe Schenckius l. 7. obſervat. 179. memorat.

CLXXXVI.

Accedamus ad mineralia, foſſilia, & metallica corpora, & quæ θεῖα nobis exhibeant, in gratiam Studioſæ juventutis proferamus.

CLXXXVII.

Arſenicum duplex ab authoribus ſtatuitur: nativum & factitium. Illud ſponte naſcitur in metallifodinis: eſtque geminum: citrinum, quod idem eſt cum Auripigmento: de quo Dioſcor. l. 5. c. m. 70. & rubrum, quod eſt Sandaracha Græcorum: de qua Dioſcorides ibid. c. m. 1. Factitium ſimiliter duplex: alterum album, quod quia cryſtalli in modum ſplendet: cryſtallinum dicitur, fitque ex Auripigmento, ſeu Arſenico citrino, & Sandaracha, ſeu Arſenico rubro, per ſublimationem: quod etiam utplurimùm Arſenici nomine venit: alterum ex Auripigmento & Sulphure, vel ſolis, vel addita calce viva, aut ſale, ſimul miſtis atque combuſtis, ſive calcinatis, fieri ſolet. Omnibus eadem vis ineſt, & illa quidem cauſtica. Cujus nomine urunt, rodunt, exulcerantque interiora. Ideóque ſitim creant inextinguibilem: linguam, fauces & gulam arefaciunt atque exaſperant, tormina ventris acerbiſſima excitant: ventriculum ſubvertunt: ſingultum cient: non rarò dyſenteriam gignunt: ſpaſmum item & mortem tandem adferunt. Id quod exemplo confirmari poteſt illorum, qui per errorem pulverem arſenici albi pro enecandis gliribus paratum, & negligentiùs aſſervatum, vel pro ſaccharo, vel pro amylo, vel pro cornu cervi uſto ac præparato aſſumſerunt.

Videtur autem Auripigmentum, quod noſtrates Goldgelb Operment vocant, potentius eſſe Sandaracha: eſtq; inſuper, ut etiam Dioſcorides l. 5. c. m. 70. notat, pſilothrum efficax, quod pilos ubique evellit, & cutem glabram reddit. Cu-

ju

jus ſententiæ ſubſcribit Galenus *l.9 ſimpl. ubi Arſenicum, ſive Auripigmentum, cauſticæ facultatis eſſe aſſeverat: idque tàm uſtum, quàm uſtionis expers: & hac adurente vi quamvis partem pilis denudare: nec cuti quoq; parcere, ſi diutius inhæreat.* Diſtinguendum *verò inter Sandaracham Arabum & Græcorum.* Arabum Sandaracha *vernix eſt, illud ſcil. gummi, quòd ex junipero exudat: quodque juxta* Serapionem *l. ſimpl. c.57. modicè calidum eſt: ſimile citrini coloris ratione carabæ, ſive ſuccino, quod aliâs dicitur electrum: ſed non ita, ut carabe durum: ſanguinem ſiſtit: pulvere fiſtulas deſiccat: ſuffitu catarrhis confert atque coryzæ: fiſſuris partium medetur pulveriſatum, & oleo roſaceo exceptum.* Græcorum verò Sandaracha, *german.* **rother Schwefel / Fewerſchwefel rhot Operment** *illa eſt, quam* Dioſcorides *&* Galenus *locis allegatis deſcripſerunt: & cujus etiam meminerunt* Paulus Ægineta *l.5. c. 60. & l.7. ſub lit. Σ.* Oribaſius *l.14. collect. c.57. l. 15 collect. ſub lit. Σ. & l. 2 de virib. ſimpl. ſub lit. Σ.* Aëtius *tetrab.1. ſerm.2 c.69. tetrab.4. ſerm 1. c.45. & tetrab. 4. ſ.1. c. 80.* Celſus *l.5. c.9.* Actuarius *l.5. m.m. c.ult. & l.6. m.m. c.5. Hiſce enim in locis Authores iſti* Galeno *ſuffragantur: & Auripigmentum, Græcis* ἀρσενικὸν *appellatum, atque Sandaracham inter venenata, cauſtica, depilantia, validéque deterſoria reponunt. Quod ipſum etiam* Paulus *l.7. ſub lit. A. &* Oribaſius *l.15. collect. ſub lit. A. nec non l. de virt. ſimpl. 2. ſub lit. A. in ſpecie de Auripigmento aſſeverant.*

Diligentiſſimus rerum ſubterranearum inveſtigator, G. Agricola *l.3. de nat. foßil. Sandaracham ſtatuit duplicem: nativam & factitiam. Illam colore & figura differre ſcribit. Colore: quia alia eſt ſaturatè rufa, ut Cinnabaris: alia talis remiſſius. Figura: quoniam hæc gleba eſt: quæ frequenter invenitur: illa pulvis eſt, quam nec molere, nec cernere opus eſt: ita ſubtilis, ac ſi manu trita & ſubcreta fuiſſet.* Factitiam *fieri dicit ex Auripigmento.*

Idem Agricola *loco eodem Auripigmentum, ſive Arſe-*

micum, & Sandaracham inter ſuccos reponit concretos, ma gnamque inter ſe habere cognationem docet: quòd uterqu ſuccus in iiſdem ferè ſemper metallis naſcatur: quod interdum vim ignis tuliſſe, ac quaſi uſtus videatur: quòd denique pingu tudinem quandam habeat: majorem tamen Auripigmentum minorem Sandaracha. Et Auripigmentum, perinde ut Sand racham, facit geminum: naturale, quod ſponte naſcitur, & ar tificiale, quod paratur arte. Illud triplex eſt: I. quod aur colorem imitatur. Conſtat ex multis cruſtis, tanquam ſquamis ut altera alteri impoſita videri queat. Hoc nomine fiſſile eſ ſicut magnes, & lapis ſpecularis. II. quod adhùc magis au rum colore refert: ſed pulvis eſt: non gleba, ut primum. II quod colore Sandaracham aliquo modo exprimit, & glebæ ſ mile eſt. Hoc duplex habetur: album & luteum. Quomod fiant, idem Agricola *ibidem explicat.*

Verùm hæc παρέργως.

CLXXVIII.

Antimonium, *vel* Stibium, Spießglaß / *gr.* στίμμι, *et à quibuſdam pro veneno non habeatur, revera tamen malign tatis & venenoſitatis particeps eſſe, effectus illius ſatis ſuper demonſtrant. Etenim cùm ad uſus chymicos præparatur, ade noxium emittit halitum, ut, qui eum naribus & ore hauriunt in ſuffocationem, paralyſin, epilepſiam, & alia incidere mal ſoleant. Sumptum verò, etiam in parva admodùm quantita te, violenter & per ſuperiora, & per inferiora purgat: in leipo pſychiam hominem præcipitat: convulſiones parit: magnamqu poſt ſe laſſitudinem viriumque imbecillitatem relinquit. Ca tharticum ſanè violentum eſt: & vomitorium vehementiſſi mum: non niſi à peritis præparandum: nec niſi ab eruditis præ ſcribendum. Alioqui lethiferum: quod* Schenckius *l.* 7. *obſerv* 219. *exemplis quibùſdam planum facit.*

CLXXIX.

Argentum vivum, *aliâs* Mercurius, & Hydrargyru *gr.* ὑδράργυρος, ὁ, *mirabilis planè eſt virtutis. Mors vermium*

ven

venenum pediculorum quorumlibet: medicina ſcabiei extirpatrix, ſi vel cingulum ex eo paratum corpori adaptetur, quod Mercuriale vocant: domitrix luis Venereæ: ſalivationis excitatrix, ſi articuli extremorum eo inungantur. Sed cerebro & nervis præ cæteris partibus adverſatur. Vſurpatur crudum, ſublimatum, & præcipitatum. Crudum, *ſi ſtatim, ut ſolet, egeratur, ſine noxa aſſumitur: velut experientia in iis docet, qui eo vermium enecandorum gratia utuntur: &* Avicenna *author eſt l.4. fen. 6. tract. 1. c. 2. At ſi maneat in corpore, gravia accerſit ſymptomata: imò & mortem ipſam: non ſanè pondere ſuo & gravitate, ſed maligna potiùs & venenata qualitate. Excitat enim tormina ventris, & acerbos ventriculi dolores: urinam ſupprimit: corpus tumidum reddit: livido, plumbove colore id inficit: apoplexiæ, paralyſeos, epilepſiæ, ſyncopes cauſa eſt. Crudo pernicioſius eſt* Præcipitatum. *Os inflammat: gingivas exulcerat: linguam tumefacit: dentes denigrat, & ut alveolis vel prorsùs excidant, vel laxiùs ſaltem minuſque firmiter iiſdem inhæreant efficit: ſalivæ putridæ ex ore continuum effluvium parit: corpus tremulum facit: vires dejicit: mentem turbat. Omnium deterrimum eſt* Sublimatum, *ſi intrinſecus uſurpetur. Nam inſtar ignis omnia corrumpit, os, fauces, & linguam inflammat: interiora corrodit: dyſenteriam inducit: ſitim inextinguibilem, & anguſtiam pectoris inexplicabilem cauſat. In ſumma, ea omnia mala infert, quæ præcipitatum: ſed longè potentiùs.* Externus illius uſus, *ſive fumus illius inſpiretur, ſive foris illinatur, ſive manibus ſæpiùs contrectetur, non ſatis tutus eſt: quemadmodum multis exemplis* Fernelius, Foreſtus, *& alij oſtẽderunt: & id ipſum adhùc quotidiè experiuntur illi, qui inunctionibus & ſuffumigiis ex hydrargyro in cura luis gallicæ utuntur: itemque aurifabri, qui crebriùs argentea vaſa deaurare ſolent. Fiunt enim tandem tremuli, ſtupidi, veternoſi, apoplectici, paralytici, epileptici.*

CLXXX.

Lithargyrum, *ſive, ut vulgò loquuntur,* Lithargyrium,

gr. λιθάργυρος, ὁ, *nobis* Silberglett / *juxta* Dioſcor. *l.6.c.m.*
27. *ſtomacho, ventri, & interaneis gravitatem cum magn*
torminibus adfert: & nonnunquam pondere ſuo inteſtina vu
nerat, urinamque ſupprimit: corpus intumet: plumbeamqu
concipit deformitatem. Avicenna *&* Aëtius *addunt ſympto*
mata alia: ut linguæ gravitatem: ſermonis impedimentum
anhelitus conſtrictionem: fœtorem oris: linguæ inflammatio
nem. Genera ejus ſunt varia: ut refert Dioſcor. *l.5.c.m.2*
Nobis in uſu ſunt duo: quorum etiam Dioſcor. *ibid. memini*
una λυθάργυρος *flavo ſplendet colore, ut aurum: quo nomine chr*
ſitis dicitur: altera argyritis, quæ argenti colorem refert.

CLXXXI.

Ceruſſa, ψιμμύθιον, Bleyweiß / *ſingultum, tuſſim, ac lingu*
ariditatem excitat: facitque, ut extrema frigeſcant: mens l
bet: membra torpeſcant: teſte Dioſcoride *l.6.c.m.22. Qu*
modo conficiatur, docet idem l.5.c.m.53. Quæ de effectis illiu
memoriæ prodidit Dioſcorides, *ea mutuati ab eo ſunt* Paulus
5.c.59. & Aëtius *tetrab.4.ſ.1.c.77.* Avicenna *dictis add*
ſyncopen, ventris puncturas, morſus ſtomachi, tenſionem h
pochondriorum, anguſtiam pectoris, & quaſi ſuffocatione
quandam l.4.fen.6.tract.1.c.4.

CLXXXII.

Gypſum, γύψος, Gypß / *potum ſtrangulatione perimi*
ait Dioſcorides *l.5.c.m.81.& l.6.c.m.24. Malignam in ſ*
habere qualitatem, teſtantur exempla eorum, qui pulverer
illius vel ſolum, vel aliis rebus permiſtum aſſumſerunt. Vide
tur Schenckius *l.7.obſerv.222.ubi hiſtorias ex* Plinii *l.35.c.24*
& Sabellici *l.4. Enneadis recenſet. Idem gypſum etiam tu*
ſim movet: ſingultum parit: dolores circa ſtomachum crea
ventrem adſtringit: linguam fauceſque aridas reddit: ſy
copen accerſit.

CLXXXIII.

Calx viva, *quæ* Dioſcoridi *l.5.c.m.80.* ἄσβεστος, *h.e. n*
reſtincta aqua, & l.6.cap.m 29. τίτανος, Plinio *ferrum*

cæme

cæmentorum appellatur, ungeleſchter Kalck / *non ſecùs, ac Sandaracha & Auripigmentum, vim habet* καυστικὴν. *Ideóque pota alvum & inteſtina cum vehementi excruciat eroſione: teſte* Dioſcoride *l. 6. c. m. 29. Sitim præterea caliditate & ſiccitate ſumma inducit inexhauſtam: os, linguam fauceſque arefacit, atque exaſperat: dyſenteriam, dyſpnœam & urinæ ſuppreſſionem excitat. Verùm præter elementares haſce qualitates etiam occultam, eamque pernicioſam habet: cujus nomine cor ferit, & ſyncopen extremorumque frigiditatem parit.*

CLXXXIV.

Vitriolum, χάλκανθον, Kupfferwaſſer / *cui affinia ſunt* Chalcitis, Miſy, Sory, & Melanteria, *præbet multa utiliſſima medicamina: crudum tamen ſumptum nauſeam & vomitum excitat: qui effectus videtur malignitatis alicujus teſtis eſſe. Aliâs copoſiùs & crebriùs ſumptum, aut diutiùs in ventre retentum, ventriculum arrodit, inteſtina exulcerat, & dyſenteriam generat: in* φθίσιν & καχεξίαν *tandem hominem deducit.*

CLXXXV.

Plumbum, μόλιβδον, Bley / *venefica & deleteria vi pollere*, Schenckius *l. 7. obſervat.* 208. *oſtendit: idemq;* Fernelius *l. de curat. luis vener. hiſtoria memorabili planum facit. Quidam enim, cùm ſuaſu Empirici ad curandam arthritidem pulverem plumbi, loco ſacchari, ex vino, pyriſque coctis & aliis cibis permiſtum, intra dies 15. ad ſeſquilibram ſumſiſſet, correptus fuit dyſenteria, febri, torminibus atrociſſimis ventris, torſionibus ventriculi, vigiliis, vomitionibus creberrimis, ructibus item jugibus atque indeſinentibus.*

CLXXXVI.

Cinnabari, κιννάβαρι, Zinober / *noſtrum factitium quid eſt, ex argento vivo & ſulphure ſublimatis, vulgò notiſſimum.* Dioſcoridis *verò, de quo l. 5. c. m. 59. hodiè ignoratur. & adeò rarum etiam* Dioſcoridis *ætate fuit, ut vix verſico-*

loribus pictorum lineis ſatisfaceret. Erat id autem nativum & foſſile, quod, ut ipſe atteſtatur, ex Aphrica deferebatur, magnoque conſtabat. Ideoque negat, cum Minio unum idemque eſſe. Hoc enim opus eſſe artificioſum: ſtrangulantem halitum eructans: ad ſumptuoſa parietum ornamenta à pictoribus uſurpari ſolitum. Noſtrum κιννάβαρι ſimiliter pictoribus præcipuè uſui eſt. Viribus Mercurio ſublimato & præcipitato æmulum. Extat apud Fernelium *l. de cur. luis Gallicæ hiſtoria memorabilis de pictore Andegavenſi, qui per inſcitiam & imprudentiā illud admittens, in paralyſin & ſpaſmum manuū brachiorumq́, pedum inſuper imbecillitatem, acerbiſſimum ventriculi & hyprochondriorum cruciatum, & alvi conſtipationem incidit. Quæ arte egerebantur, nigra erant. Tres annos excarnificatus tandem exanguis & tabidus obijt. Penicillum, inquit* Fernelius, *digito non ſolùm extergebat: ſed etiam incautus ore exugebat, quicquid in manuum digitis hæſiſſet. Hinc per partium continuationem vis Cinnabari deleteria cerebro generique nervoſo communicata fuit.*

CLXXXVII.

Verùm in his diutiùs immorari *non placet: cùm videantur ἀλλότρια. Ideóque Medicinæ Studioſos ad illos Scriptores ablegamus, qui de venenatis ſtirpibus & foſſilibus commentati ſunt ex profeſſo: inter quos velut majora lumina lucent* Dioſcorides *l.5 & 6.* Paulus Ægineta *l.5. à cap.26. uſque ad finem libri:* Actuarius *lib.6.c.11.* Aëtius *tetr.4. ſerm.1. à cap.1. uſque ad c.81.* Avicenna *l.4. fen.6. tract.1.2.3.4. & 5.* Jacob. Grevinus *libr. duobus:* Hier. Mercurialis *l. de venen. & morbis venenat.* Capivaccius *l. 7. med. pract.* Paræus *l. 20.* Matthiolus *in Comm. l. 5. & 6. Dioſcoridis:* Cæſalpinus *l. 3. artis med.* Schenckius *l.7. obſerv.* Arnoldus Villanovanus *pecul. tractat.* Petr. Aponenſis, *Conciliator dictus, tract. propr.* Andr. Libavius *part.1. ſingularium:* Anton. Guainerius *in praxi,* Ferdinand. Ponzettus, *&* Sennertus *l. 6. prax. part. 5.6.7. & 8.*

φίλτρα

CLXXXVIII.

Φίλτρα, pocula amatoria, Liebtränck / ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, *ab amando derivata, ejuſmodi effectus cauſant, ut haud immerità* θεῖόν τι *illis ineſſe credatur. Amorem enim conciliant, & quidem adeò perditum, ut quidam facti ſint inſani, & præ amore vel contabuerint, ut Baro ille, cujus meminit* Schenckius l. 7. obſ. 1. *vel in furore miſerè perierint, quod* L. Lucullo *eveniſſe* Plutarchus *narrat: vel ſibiipſis violentas manus intulerint: ut de* Lucretio *Poëta memoriæ proditum eſt.*

CLXXXIX.

Hùc referuntur & illa pocula, quæ inter conjuges odium plus quàm Vatinianum, & inimicitiam implacabilem parere dicuntur.

CXC.

Non prætereundi etiam morbi, *qui* à veneficiis, incantatione, faſcino, & actionibus magicis *per Maleficos, & Magos, itemq; per Sagas, & Lamias, ſive ſtriges, inducuntur. Nam cauſa illorum hyperphyſica eſt, hominibus incognita, & morbi iſti naturali modo curari nequeunt.*

CXCI.

Sic infantes aiunt faſcinari poſſe, ut emacientur & contabeſcant, quamvis neque penuria alimenti laborent, neque rariùs parciùſve comedant, neque vitioſum alimentum aſſumant, neque lumbricos in inteſtinis, chylum, futuri alimenti, ſanguinis materiam, abſumẽtes foveant, neq; dracunculos, h. e. vermiculos illos in dorſo, brachiis & cruribus generari ſolitos, quos vulgò Mitteſſer & Zehrwürmlein / *vocant, alant.*

Viros evirari, *& impotentes reddi atque ligari incantationis vi, eſt notiſſimum: & id ipſum quotidiana exempla ſatis ſuperque docent.*

Viris pudenda *ex maleficio adimi poſſe, hiſtoria probat notabili* Baptiſt. Codronchius libr. de morb. venef.

Abortum eodem modo cauſari, *idem teſtis eſt fide dignus.*

Urinam eadem arte ſupprimi, *& cogi hominem poſſe, ut publico in loco, in conſpectu multorum, mingat, idem Author demonſtrat.*

Schenckius *l. 7. obſervat. ex variis Scriptoribus palàm facit, vomitione à faſcinatis rejectos fuiſſe pilos, portiones caudæ caninæ, nitrum, clavos, acus, ceram, cultellos, ferramenta, lapides, ligna, fruſtula æris, ſpinas, catulos, quibus* Foreſtus *addit pannum, & oſſa: alij pulverem pyrium, & ova cum putaminibus, globulos plumbeos &c. dejectione verò redditam à quodam fuiſſe anguillam vivam, cum variis membranis,* Cornel. Gemma *&* Marcell. Donatus *tradunt.*

Fœtum, *tacto ventre gravidæ à venefica, in fruſta comminutum editum fuiſſe teſtatur* B Codronchius.

Et quot quæſo paralyticos, diſtortos, ſurdos, cæcos, fœdis inquinatos ulceribus Sathanica efficiunt inſtrumenta?

CXCII.

Quodſi non ad morbos ſolùm, ſed etiam ad res planè naturales oculorum aciem converterimus, θεῖα, h.e. admirabilia multa, abdita & occulta plurima in iis deprehendemus.

CXCIII.

Quid enim admirabilius & abſtruſius hominis conceptione *in utero,* formatione, nutritione, auctione, geſtatione 10. *integris menſibus, &* excluſione *tempore partus?*

CXCIV.

Regius Pſaltes *perpendens ſecum ſtupendam corporis humani fabricam,* ✝. 139. *exclamat liberè, confeſſurum ſe DOMINO, quod mirabiliter factus ſit. Et* Galenus, *quamvis Ethnicus, paſſim* in opere de uſu part. *Protoplaſtæ bonitatem, ſapientiam atque potentiam ſummoperè deprædicat. In ſpecie autem, cùm* l. 15. de uſ. part. c. 7. *de utero gravidarum verba facit, naturæ opus admirabile eſſe, captumque ingenij humani ſuperare ſcribit, quòd uterus prægnationis tempore ita arctè conſtrictus ſit, ut ne ſpecilli quidem mucronem in illius orificium internum immittere liceat: tempore verò par-*

tus adeò

us adeò pateſiat, ut animal integrum per id tranſire poßit. Nam quòd eò uſque dilatetur & aperiatur, ut fœtui facilem xitum præbeat, omnibus notum eſſe dicit. Sed quo pacto id ccidat, mirari nos poſſe, intelligere non poſſe perhibet: præ-ertim, addimus nos, cùm vel grandiores fœtus, vel gemini, ter-emini, pluresve fœtus, aut ſeparatim, aut conjunctim, ſicut liquando monſtroſè, modoque planè inſolito fieri contingit, in ucem prodeunt.

CXCV.

Par ratio Animæ *eſt. Mirabiles enim illius ſunt in lantis & animalibus operationes. Et Mens humana planè di-ina eſt, immortalis atque æterna. Ipſius quoque animæ na-ura & eſſentia adeò eſt abſtruſa, ut* Galenus l. 7. uſ. part. c. . & l. 5. ſimpl. c. 9. & l. de utilit. reſpirat. c. 5. *alibique ſæpiùs alàm fateatur, ſe illam ignorare: quanquam* l. quod animi nores *&c. perſuaſum habeat, animam* κρᾶσιν, *temperaturam ſſe corporis, ex elementorum miſtione conflatam. Qua ta-nen in re hallucinatur plurimùm: & quidem cùm aliis mul-is, qui quid anima ſit, ignorârunt. Nam* Ariſtoteles l. 1. de n. *ſcribit, quoſdam Philoſophos exiſtimâſſe, Animam id eſſe, uòd maxima vi movendi ſit præditum. Nonnullos credidiſſe, am corpus eſſe ſubtiliſsimum, aut quo nihil magis expers ſit orporis. Alios putâſſe, id eſſe animam, quod ſcientia & ſenſu es omnes comprehendat.* Galenus *ſcriptum reliquit* l. 2. de lac. Hipp. & Plat. c. ult. Diogenem, Empedoclem *&* Cri-am *exiſtimâſſe, animam eſſe ſanguinem.* Lib. 3. de placit. c. 1. *ſſerit,* Chryſippum, *alioſque Stoicos dixiſſe, animam ſpiri-um eſſe nobis innatum, per totum corpus, quo ad vitæ in eo xtiterit habilitas, diffuſum. Et* in hiſtor. philoſophica c. e anima, *plures aliorum, eaſque maximè diſcrepantes de nimæ eſſentia & quidditate ſententias recenſet. Alios nim voluiſſe, animam eſſe facultatem, qua vivamus. Alios, rincipium motus omnium, quæ ſunt & fiunt eam ſtatuiſſe. lios, & inter illos maximè* Epicurum, *aërem cenſuiſſe, quem*

 reſpi-

reſpirando attrahamus. Alios Dei quandam particulam illam judicâſſe. Rurſus alios *animam docuiſſe incorpoream eſſe, ut* Platonem : alios *corpoream, ut* Zenonem, *& reliquam Stoicorum turbam. Denique* quoſdam *eam tradidiſſe mortalem eſſe: ut* Epicurum & Dioclem : *nonnullos immortalem, ut divinum* Platonem. *Hunc enim pro certo habuiſſe, animam incorpoream eſſe ſubſtantiam, ſuo ſe motu ſemper moventem, nec unquam interituram. Ex quibus liquet, quòd & hîc* τὸ θεῖον *deliteſcat : ſiue animæ naturam abſtruſam, ſive mirabiles illius actiones ante oculos nobis conſtituamus.*

CXCVI.

Quapropter concludimus, Hippocratem τὸ θεῖον *non* ὀργὴν τῶν Θεῶν, *neque in ſpecie epilepſiam, aut morbum* ἐρωτικὸν, *aut dies criticos, aut conſtitutionem aeris ambientis: ſed quicquid admirabile, abditū & incomprehenſibile eſt, intelligere: quemadmodum θ. 23. & 104. expoſuimus. Et hoc* θεῖον *in morbis occultarum qualitatum præcipuè ſeſe prodere aſſeveramus. Nam & morbi ipſi ſunt abditi : & ſymptomata eorum mirabilia : & cauſæ nos latent, ſive internæ fuerint, ſive externæ, à cæleſtibus pariter ac ſublunaribus corporibus profectæ : nimirùm ab aere infecto : aquis inquinatis : ſtirpibus, animalibus & foſſilibus rebus, quæ deleteriæ & venenatæ.*

CXCVII.

Si tamen de θείῳ *non ad mentem* Hippocratis, *ſed in genere ſtatuere placet, arbitramur, per illud inaudiri poſſe omne id, quod eſt* θαυμαστὸν, ἄγνωστον, καὶ δύσγνωστον, *non ſolùm in claſſe rerum præter, ſed etiam planè ſecundum naturā ſe habentium: quare ratione* τὸ θεῖον *non tantùm in rebus hactenùs prolixè cōmemoratis, ſed etiam* in periodicatione febrium intermittentium, diebus criticis, & criſibus ipſis, *deniq;* in valida fortiq; gravidarum imaginatione *deprehendetur : quemadmodum ſupra indigitavimus, & multis exemplis rem illuſtriorem clarioremq; reddidimus.*

FINIS.